*Q
405.2

No. G. 402.8
The Public Library of the City of Boston.

ZACHARIAS LILIVS VICENTINVS
CANONICVS REGVLARIS MAT
THAEO BOSSO VERONEN
SI CONCANONICO PA
TRIQ. SVO OPT. AC VE
NERAN. P.S. IN DOMINO

C

ETSI COMPLVRES EXCELLEN
ti ingenio uiri Obseruãdissime pater
orbis situ miro studio ac diligentia
pscripsere: qualis Põponius mela/ Strabo gno
sius/ Claudius Ptolemęus/ Plinius Secundus/
auctores pręstãtissimi: nullus tamẽ eorũ hunc
ordinẽ secutus est. Quãobrem operepretiũ exi
stimaui/ totius orbis prouincias/ regiones/ insu
las/ ac peninsulas quascunq; a græcis latinisq;
scriptoribus colligere potui: alphabeti ordine
hoc libro inserere: additis quæ in natura regio
num incolarũq; memorãda sunt. Sic. n. facilior
quęrentibus labor erit: & ipse ordo ac rerũ con
templatio omnibus plane iocũdior. Hunc autẽ
ego librum mei supioris ocii & tẽporis studiũ
Matthęe tibi dicaui: a quo erectũ adiutũq; me
profiteor ad eã quę est ĩ deo uitã glorioſam &
ĩmortalẽ. Quod ad grati ĩprimis animi signũ:
deniq; ut nostræ lucubrationes p te censorem

PUBLIC LIBRARY
BOSTON

eruditum & amiciſſimũ põderent effeci: qbus inuigilaſſe pręclare actũ eſſe arbitrabor/ſi ſapiẽ tiſſimo iudicio tuo cõpbari ítellexero. Inſulas aũt eſſe cõplures/ quas nõ cõmemoraui/haud inficias eo. Sed omiſſis quæ nec cognoſcendi uolũtate iocũdę/nec neceſſarię uiſę ſunt: eas ſo lũ deſcribere curaui/ quæ aſpici cognoſciq; di gniſſimæ/ et a probatis ſcriptoribus celebratæ eſſẽt. Cuius rei auctoritas penes illos ẽ quos ſe cuti ſumus. Quid eím noui afferre poſſumus/ qđ ppriũ noſtrũ eſſe poſſit: cũ nihil maioreſ no ſtri omiſerint/qđ intactũ ad hoc uſq; tempus p maneret? Siqd ãt minus emẽdate poſitũ eſt dif ficultatẽ affert auctorũ diuerſitas. Verũ haud ullo í genere uenia iuſtior ẽ(ut íqt Plinius)nec mirũ uideri debet hoíem genitũ nõ oía huma na nouiſſe. Et Ptolemęus li.ii: Quæ ãt loca mi nus pgrata fuerũt pp rarã ícertãq; eorũ cogni tionẽ nõ ita emẽdate ſcribi putandum eſt. Sed iam accipe librũ ipſũ obſeruãde parer: quem ſi nõ ea facũdia aut orationis dignitate excultũ inuenies: quę tua foret ſapiẽtia digna: quia te nuis in nobis dicẽdi riuus eſt: ipſũ tamen pro ſingulari humanitate tua hilari quęſo frõte ſu ſcipias/puteſq; ſatis eruditũ et magnum qđ ab aío maximo ac certe tibi deditiſſimo pficiſciẽ/

MATTHAEVS BOSSVS VERONENSIS CANONICVS REGVLARIS ZACHARIAE LILIO DVLCISS. FRATRI ET CONCANONICO PL. IN CHRISTO AETERNAMQ. SAL.

facis Profecto me maximi Zacharia confrater in Christo: quem orbe terrarū toto donasti/ plurima a te cura singulariq; eloquentia breue in epitoma coacto/ & sub alphabeti litteris cōmode fideliterq; partito: ut nullus sit labor in exquirēdo sitū orbis terræ/ & eius partis quascūq; malueris. Munus tam nobile nō me modo uiro qdem pexiguo dignū censuerim/ sed his regibus sane atq; principibus uel digniſſimū/ q mūdū ipsum summa quadā potestate gubernant atq; tuentē. Sanctū ego tamē & amicū tuū erga me animū lætus inspicio: & ī hoc mihi & religiosis cęteris nostris laboris industriæq; tuæ fructū/ & quidē uberrimū suscepturis uehemēter adgratulor. Magna nanq; ex parte prisca locorum oīum aut ignota ętati nostrę/ aut corrupta/ aut īmutata sūt nomina: quod effecit uel cupiditas gloriæ eorū sępe qui uoluerūt ex se ea noīari/ uel īcolarū in cōstātissima leuitas/ uel uaria regnis & populis

hostiliter dominata barbaries. Sunt multi præterea/qui ornati etiam reliquis bonarum artiũ studiis/historiam tamẽ ignorãt: partim qp ipsi nequiuerint adnixi etiã/assequi plura/ partim qp nullum tãtum tempus uita illis suppeditare ualuerit: partim qp ignauiæ ꝑmulti dediti/tam multa non curant. Inde fit/cũ legimus siue gẽtiliũ/siue nostrorũ sanctissimorum hominũ gesta:& ubi signis atq; uirtutibus claruerunt: hæreamus persꝑpe/ambigamus/titubemus:oras/maria/gentes/& populos/ de quibus legimus ignorãtes. Verum unũ hoc cõmodũ tu Zacharia nobis præstitisti: ut sine Ptolemꝰo/ Strabone/Herodoto/Plinio/Mela/& Cosmographis huiusmodi cꝰteris orbis sectiões/climata/oras prouincias/insulas/peninsulas/maria/montes & quicquid rerũ hoium ue in his extitit aliquã do memorabile atq; magnificum: paruo & exquisito quisq; cõpẽdio possit agnoscere. Quare pro munere isto, ipso pulcherrimo tuo/ hoc ego uicissim/cum maius aliud paruus ipse nõ possum tibi repẽdere: statui studiose curare/ut ab uno eo archetypo/ quod docta tua manu exarasti/meq; donasti: impressorũ officio/plurima ad posteros se turba spargat atq; diffũdat Quod facturus equidẽ sum / cum grati animi

uinculo/tum potiore iſto conſilio: ut te uendi cem prorſus ab omni cogitatione uel cura pre teritæ uitæ/ſacræ religionis & chriſti militiæ ty rocinium nobiſcum meditantẽ. In quo alioqn nemo proficiet: niſi a tenellis rudimentis uitæ ſãctiſſimæ: cui regenerat̃ nouus homo/ ſi uere emoritur ſæculo: ſe a priſtinis curis/rebuſq; ge rẽdis prorſus eximat: donec formetur ad chri ſtum/concreſcatq; neruoſior. Quod cum incẽ ſo ſtudio/animiq; conſtãtia contẽderis: equi dem ſpero: ut qui terrena inferioraq; demen ſus ingenio ante fuiſti: nũc quoq; ad ſuperna illa/quæ oẽm ẽſupant ſenſũ atq; ingenium/di uina te purgãte colluſtranteq; gratia ſuſtolare. Quod ſane ut Chriſto auxiliante aſſequi poſ ſis: ſtude: enitere/labora/ deſuda indefeſſe ad ſanguinem uſq; mi Zacharia. Id ego etiam tibi fraterna charitate ſemper orabo. Vale/& feli citer perge.

ZACHARIAE LILII
VICENTINI
CANONICI
REGVLA
RIS OR
BIS BRE
VIARIVM
FIDE/COM
PENDIO/OR
DINEQ. CAP
TV AC MEMO
RATV FACILLIMVM
FOELIX ET GRATVS LEGITO

t ERRARVM ORBIS VNIVERSVS in qnq; distinguit̃ partes/quas uocãt zonas. Media solis torretur flammis. Vltimas ęternũ infestat gelu. Duæ habitabiles inter exustã et rigentes. Altera a quibus incolitur/teste Macrobio/ nõ licuit unquã nobis nec licebit agnoscere. Interiecta. n. torrida utriq; hominum generi commertium ad se denegat cõmeandi. Sola ergo superior incolitur/uidelicet inter septẽtrionem & æquinoctialem circulum. Vt alii uoluerũt/inter tropicum æstiuum & circulum arcticum/ ab omni quale scire possumus hominum genere: Romani gręci ut sint/uel barbaræ cuiusq; nationis. Hæc ergo ab ortu porrecta ad occasum longior est/q̃ ubi latissima. Quo palam fit/quãtum hinc uapor abstulerit/ illinc rigor. Eã in tres partes maiores nostri diuiserũt. Asiam/ Aphricam/ Europam. Asia a meridie per orientem usq; ad septentrionem protenditur. Europa a septẽtrione usq; ad occidentem. Aphrica ab occidẽte usq; ad meridiẽ/ mediterraneo mari ab Europa disiuncta. Asiæ termini/a meridie Nilus. A septentrione Tanais.


Circulus arcticus septẽtriõalis
Tropicus cancri æstiualis
Circulus æquinoctialis
Tropicus capricorni hyemalis
Circulus australis
Oriens
ASIA
Septẽtrio
Meridies
Tanais
Nilus
EVROPA
Mare mediterraneũ
APHRICA
Occidens

a Barimon regio est Scythiæ iuxta Ima uum mõtem: in qua ut Plinius refert libro. vii. siluestres uiuunt homines auersis post crura plantis/ eximiæ ue locitatis: passim cum feris uagãtes. Plinius

Achaia quæ & Hellas dicit̃ ut libro. iii. refert Pto lemęus/ prouincia ẽ grecię ab Acheo antiquo re ge cognominata: quę primo Danaa dicta fuit: ut Herodoto placet. Vnde greci achei atq; achi ui & danai dicti sunt. Ea limites habet ab occa su Epirũ: a septẽtrione Macedoniã: ab ortu solis partẽ ægei maris: a meridie creticũ pelagus. Vt uero Pomponius scribit libro. ii. qua sol oritur ægęis: qua occidit/ ioniis fluctibus obiacet. Ab isthmo autẽ peloponesi incipit Achaia: quæ un diq; est circũsepta mari præter q̃ a septẽtrione. Vrbiũ quas habet/ eę maxime memorãdæ sunt. Thebæ Boetiæ duorũ numinũ Liberi atq; Her culis patria/ ut libro. iiii. Plinius refert. Megara/ quæ megaridi regioni nomen dedit. In attide Eleusis Cereri cõsecrata: & clariores q̃ ut indica ri egeant Athenæ. Pithia. Delphi. Calcis. Regio nes Attica/ Boetia/ Megaris/ Etholia/ Phocis in qua ẽ mons Parnasus: quę alio noie Aonia dici tur. Vnde Aonides sępe musę dictę sũt. Est etiã eodẽ noie Achaia regio quędã in peloponeso: Ptolemęus Herodotus Põponius Plinius

Ptolemęus in qua urbs Patræ ſita eſt/ ut libro. iii. refert Ptolemęus. Eſt & Epidaurus Limera cognomine ut
Plinius libro. iiii. Plinius auctor eſt.

Acarnania regio eſt Epiri: in qua clarum oppidū eſt Leucas. Eam Achelous fluuius ab ætholia
Solinus diuidit: ſiue/ ut ait Solinus/ Pindus mōs q achelōum parit: in quo ĩuenitur lapis galactites: qui ſi teratur/ reddit ſuccum album ad lactis ſaporem. Foeminis nutrientibus illigatus fęcundat ubera. Eodem quoq; nomine uocatur regiūcula quædam in ægypto/ ut Seruius ſcribit ſuper
Seruius quinto ęneidos.

Agathyrſi populi ſunt in Scythia ab Agathyrſo
Pōponius Herculis filio cognoĩati: q ut Pōponius refert/ ora artuſq; pingūt/ & ſic ut ablui nequeant. Vir
Virgilius gilius. iiii. æneidos. Creteſq; dryopeſq; fremūt: pictiq; agathyrſi.

Alania regio eſt Scythiæ Europæ: quæ ad ineotidas paludes pertingit.

Albania ꝓuincia eſt aſiæ/ quæ a ſeptētrione ſarmathię adhæret. Ab occaſu Iberia/ a meridie parte maioris armenię uſq; hyrcanū mare terminatur. In ea Albania ciuitas/ & Albanus fluuius. Alba
Solinus ni/ ut Solinus refert/ poſteros ſe Iaſonis credi uolūt. Albo crine naſcuntur. Color igitur capillorum genti nomen dedit. Glauca oculis ineſt

pupilla. Ideo nocte ꝙ die plus cernunt. Apud hos canes ferociſſimi/ qui tauros & leones perimant. Quales petẽti Indiã Alexandro Magno Rex albaniæ dono dedit.

A lyba regio eſt non lõge a Myſia: ubi Homerus argentifodinas eſſe tradit. Homerus

A mazonia regio eſt Scythiæ/ ut libro .v. ſcribit Prolemęus. Fuerũt.n. Amazones ſcythicæ fęminæ iuxta Tanaim fluuiũ primũ inhabitãtes. Deinde ad loca iuxta flumen Thermodoonta deuenerunt. Et ulterius ꝓcedentes magnã aſię partem armis occupauere. Virgilius. xi. æneidos. Prolemęus Virgilius

Pulſant/ & pictis bellantur amazones armis.
Seu circum hypolitem: ſeu cum ſe martia curru
Penthesilea refert: magnoq; ululante tumultu
Foeminea exultant lunatis agmina peltis

Harum Regina Penthesilea cõtra græcos troiano bello interfuit. Cuius ĩ re militari magnę uirtutis documẽta extitere. Sine uiris hę foeminæ degẽtes/ in uere tantum cum illis delectari conſueuerunt: quouſq; ſe grauidas perſentirent/ ut libro. ii. Iuſtinus refert. Et ſi mares naſcebantur: interficiebant illos. Foeminas uero dexteriori bus mammis inuſtis/ ad uenationes & rei belli ęx officia exercebãt. Vnde amazones dictę ſũt quaſi ſine mamma. Iuſtinus

A manthes populi ſunt in Aphrica proximi Tro
glodytis: qui ſalibus domos extruũt. Et tãta ibi
huiuſce uenę copia eſt: ut tecta faciãt ex ſalinis.
Solinus Apud eos/ ut Solinus refert/ carbũculi gemmæ
inueniuntur.
A mathus íſula eſt in mari ęgęo Veneri ſacra: ipſa
Virgilius dicẽte apud Virgiliũ. Eſt amathus/ eſt celſa mihi
paphos atq; cythera. Eſt ãt metallorũ foecũdiſſi
Ouidius ma. Vnde Ouidius methamor. x. At ſi forte ro
ges foecundam amathunta metallis.
A ndegauia regio ẽ galliæ ducatus titulo inſigni
ta/ Turonibus ac Biturienſibus finitima/ ocea
noq; proxima.
A ndrogynæ populi ſũt í aphrica/ ut libro vii. Pli
Plinius nius refert/ utriuſq; naturę íter ſe uicibus cõeun
tes. Dextera mãma his uirilis/ leua muliebris.
A ngilæ populi ſũt in aphrica uerſus garamantas
Põponius qui ut libro primo Põponius refert/ manes tãtũ
deos putãt. Eos ut oracula cõſulũt. Quæ uolũt
ſuper tumulos precantẽ. Pro reſponſis ſõnia acci
piũt. Foeminis eorum ſolẽne eſt/ nocte qua nu
bũt/ oíuim ſtupro patere. Quæ cũ munere adue
niunt/ & cũ plurimis cõcubuiſſe ferũt: maximũ
decus. In reliquum pudicicia inſignis eſt.
A ntandrũ ſaxũ eſt magis q̃ inſula inter tenedum
& chium: qua ægęus ſinus pandit̃ a dextera na

uigãtibus. Eſt etiã ciuitas ĩ phrygia dicta Antandros. ut ſup. iii. Aen. Seruius ſcribit. Vnde Virgilius. Claſſemq; ſub ipſa Antandro: Seruius Virgilius

Anticyra inſula eſt in mari ęgęo uerſus Corinthũ/ portũ habẽs amplũ/ habetq; oppidũ eiuſdẽ nominis. In ea Elleborum naſcitur/ quod eſt genuſ herbæ medicinalis.

Anthropophagi populi ſũt Scythię/ qbus execrãdi cibi ſũt humana uiſcera ut Solinuſ refert. quẽ morẽ impię gentis adiacẽtiũ terrarũ ꝓdit triſtiſſima ſolitudo: quos ob nefarium ritũ finitimæ nationes metu ꝓfugæ reliquerunt. Ptolemęus ãt lib. vii. dixit illos eſſe ĩ India extra gangem. Solinus Ptolemęus

Aonia eſt pars boetiæ mõtana/ ab Aone Rege dicta: quæ alio noĩe Phocis appellatur: in qua ſub mõte parnaſo eſt ciuitas delphi/ Apollinis oraculo clariſſima. Ibi aonides mõtes Muſis conſecrati. In Delphi natã ferũt Sibyllã/ de qua Chriſippus loquitur in lib. de diuinatione. Que de Chriſto ceciniſſe fertur. Ipſum tuum cognoſce Deum/ qui Dei filius eſt. Sibylla Chriſippus

Apamea iſula eſt a Tigridis fluuio circũfuſa/ cui Apamea Antiochi regis mater nomẽ impoſuit.

Aphrica duplex eſt regio/ maior & minor: Minor ab occaſu numidia: ab ortu cyrenaica: a ſeptentrione mediterraneo mari terminat̃. In ea olim

Carthago fuit a Didone cõſtructa: quæ Publiũ Terentium genuit comędiarum ſcriptorem. Ea quondam fuit alterum poſt urbem Romam terrarũ decus: quæ a Scipione Aphricano poſt annos ſeptingentos triginta ſeptẽ q̃ fuerat extructa/ ut Solino placet/ euerſa eſt. In ea eſt Vtica ciuitas fato Catonis inſignis. Hippo regius/ Ruſicade/ & Trabaca/ Tapſus/ Hadrumẽtum/ Clupea. Flumen Bragada. Maior incipit a meridie/ & uſque ad occaſum protenditur: ab Europa mediterraneo mari diſiuncta. Aphricam greci libyam appellauere. Aphrica interpretari poteſt ſine frigore/ quaſi aprica ideſt gaudẽs Sole. Pleriq; ab Apher uno ex poſteris Abrae aphricam appellari uoluerũt. Ea regio/ ut Plinius refert libro. viii. multiformes animaliũ partus generat inopia aquarum: ad paucos omnes congregantibus ſe feris: ac uarie foeminis cuiuſq; generis mares aut ui aut uoluptate miſcente. Vnde etiã uulgare græciæ dictum. Semper aliquid noui aphricam afferre. Ex ea regione complures extiterunt rei bellicę gloria inſignes. Imprimis quidem Hano & Hamilcar Carthaginenſes rei militaris diſciplina præſtantiſſimi. Sed præcipua laude & uirtute Hanibal Poenus cæteris ducibus præſtare uiſus eſt: qui minor quinque & ui

Solinus

Plinius

Hanibal

ginti annis Carthaginenſium imperator effec
tus hiſpaniam bello ſubegit: alpes trāſiuit. Ro
manorum duces tribus pręliis uicit. Apoeninū
tranſiliens apud ea loca ubi nunc eſt Florentia
dextrum oculum amiſit: & tamen. C. Flamineū
conſulem apud Thraſumenū lacum occidit. In
apuliam exercitum traduxit: ubi apud Cannas
maxima clade Romanos affecit: & tandem ſem
per inuictus cogitur a ciuibus ſuis italiam relin
quere/ & opem patrię afferre.

A pſorus inſula eſt in mari adriatico adiacens Li
burniæ/ ut lib. i. refert Ptolemęus: in qua ciuita Ptolemęus
tes duæ Crepſa/ & apſorus.

A prutium regio eſt italiæ/ quæ quōdam Samniū
dicebatur/ inter apuliam & picenum ſita. Regio
eſt ampliſſima/ uariis populis oriſq; diſtincta.
In ea urbes clariſſimæ. Adria Romanorum co
lonia/ arduo in colle ſita: quæ ciue ornatiſſima
fuit Adriano imperatore Romano. Adrianus
Aquila urbs prędara. Amiternū urbs iam euer Impator
ſa/ quæ magni ornamenti ciuem habuit Salu Saluſtius
ſtium Criſpum nobilem hiſtoricum.
Sulmo oppidum celebre/ Ouidi poetę excellen Ouidius
tiſſimi patria.
Ortona urbs ueruſtiſſima mari contigua. Arpi Cicero
nū fama celeberrimum. M. T. Ciceronis Plauti Plautus

C. Marius
Toma
Iuuenalis
Strabo
Virgilius

&. C. Marii/ quos habuit ciues. Aquinū Toma ſanctiſſimo eccleſiæ doctore/ ac Iuuenale poeta ciuibus decoratum. Eam urbem Strabo lib. v. in latio poſuit. Athina urbs uetuſtiſſima/ quā Virgilius libro. Vii. ſcribit arma Aeneæ fabricaſſe.

Quinq; adeo magnę poſitis incudibus urbes
Tela nouāt athina potens/ riburq; ſupbum.

Beniuentū a Diomede cōdita/ apud quā. xxx. milia ſānitū cęſa fuerūt Sulpitio & Petilio cōſulibus. Corfinium oppidū apud aternū amnem/ in quo Domitius Enobardus cū. xxx. cohortibus ſeſe C. Cęſari ne Pōpeiū pſequeretur oppoſuit. Theleſia urbs uetuſta; in qua fluuius oriē tantę frigiditatis/ ut nullos gignat piſces. Peligni populi in hac regione fuerūt/ Sulmo & Corfiniū oppida ſunt pelignorū. In ea quōdam regione fuerūt Precutini/ Pēnenſes/ Frentani/ peligni/ Marucini/ Furconēſes/ Amiternini/ Veſtini populi loca plurima poſſidētes.

A pulia regio eſt italię mari adriatico cōtermina/ inter dauniā & calabryā: q̄q̄ nōnulli & dauniā cum apulia eſſe uolūt a Dauno Piluni filio cognōminata. Accolæ uero tractū omnē poſt calabros apuliā uocāt/ ut li. vi. Strabo refert. Cumq; aquarū indiga eſt/ nihilominus lęta ſuppeditat paſcua: & arboribus referta ſpectatur. Ea quoq;

Strabo

Iapigia dicta eſt. In qua eſt mons garganus Vir gilius Vndecimo ęneidos. Virgilius

Victor gargani cõdebat iapigis agris

Nã Diomedes í Iapigia cõdidit urbẽ Argiripã. í ſũmitate eius mõtis præclarũ extat ſãcti Angeli oppidũ ornatũ pulcherrimo templo beati Michaelis archãgeli. Apuliã græci dauniã uocant/ ut libro .V. Strabo refert. De qua in Iapigia plura dicemus. Strabo

A quitania regio ẽ gallię quæ ut li.ii. refert Ptolemęus/ab occaſu mari aqtanico: ab ortu & ſeptẽtrione lugdunenſe regione terminaf: a meridie pireneis mõtibus. Cuius inſignes ciuitates. Mediolanũ/ &Burdigala. Populi/auerni/pictoneſ/ Santones/ Bituriges/Cotueni: quorum ciuitas Lugdunũ/quã Plãcus orator Ciceronis diſcipulus cũ galliã comatã regeret cõdidiſſe tradunt. Amnes clari Liger/& Garũna. Ptolemęus

A rabia quæ & Saba noiaf ꝓuincia ẽ aſię maioris/ Iudęã ab ægypto diſterminãs: ab Arabo Apollinif ex babylone filio cognoiata/cinami et thuris/aliorũqꝫ odorũ maxime ferax. Diuidif í arabiã fęlicẽ/petreã & deſertã/ut li. V. refert ptolemęus/ In ea mõs Synaq & Oreb: in quo legem Moyſeſ accepit: Sues í eã aduecti illico moriunf ut Solinus refert/ Ibi naſcif auis phoenix /aqlæ Ptolemęus Solinus

Phoenix magnitudine/ capite honorato incomũ plumis extantibus/ cristatis faucibus/ circa colla fulgore aureo/ postera parte purpureus. In cauda rosēis pēnis ceruleus interscribitur nitor. Quadraginta & quingētis eum durare annis perhibēt.

Plinius Vt autem scribit Plinius libro. x. uiuit ānis sexcentis sexaginta. Cum huius alitis uita magni

Manilius conuersionem anni fieri prodit Manilius Senator. Vmbrę quę nobis dextrę sunt/illis sinistrę.

Gēmę uarię In ea Sardonis gemma Molochites cōtra infantium pericula. Iris sicut crystallū. Andromadans nitoris argentei: Pederotes/q suauitate oculos afficit/detinet intuentes.

Arachosia ꝓuincia ē asiæ maioris/ quæ ut lib. vi.

Ptolemęus refert Ptolemęus ab occasu drangiana: a septentrione paropanisade: ab oriēte india terminat. Cuius insignes ciuitates Alexādria & Arachotus/ Aricada/ phoclis/ Rhizaua/ Arbaca/ Sigara Choaspa/ Gāmaica/ malliana/ & Daminana. Populi Pargyetę/ Sidri/ Roplutę/ & Eoritæ.

Archadia regio est in peloponeso/ ab Archade Iouis filio cognoīata. In hac cōperta fistula dispa ribus cicutis. Ibi palus lernęa/ ubi ab Hercule hydra occisa fuit. Habet fluuiū magnū Erymanthū/ & mōtē eiusdē noīs demissū. Abeston lapidē gignit ferrei coloris: q semel accēsus extīgui

non põt ut Solino placet. In ea circa cyllenẽ mõ tem merulæ cãdidiſſimæ/ quę alibi fuluæ ſũt. Solinus

Arda inſula eſt in mari in qua ut Euſebius de tẽporibus refert Curtius Talaſſus cum quatuor cohortibus uiuus combuſtuſ eſt/ q̃ tributa grauius exigeret. Euſebius

Argia ſiue argos regio eſt in peloponeſo/ ut li. iii. refert Ptolemęus. In qua ſunt ciuitates Nemea/ Celone/ Mycenę/ Epidaurus/ Argos/ & tẽplũ Iunonis uetuſtate & religione p̃celebre/ ut Põponio placet. Apud Argiuos primus oĩum regnare coepit Inachus Oceani & Terræ filius ut Euſebius de temporibus refert: a quo Inachus fluuius nomen accepit: qui argolicũ ſecat tractũ. Ptolemęus Põponius Euſebius

Aria prouincia eſt maioris aſiæ iuxta Margianã a ſeptẽtrione: ab occaſu Parthiæ adhæret: ab oriẽte paropaniſade terminatur/ ut lib. vi. refert Ptolemęus. Cuius ciuitates inſignes. Aria/ Bitaxa/ Alexandria/ Artacagna. Pars Ariæ quæ ad auoram imminet/ omnium ferax eſt p̃ęter oleũ/ ut lib. xi. Strabo refert. Eius prouiciæ lõgitudo ad duo milia ſtadiorum. Latitudo ducenta. Optimiq; uini ferax eſt/ quod ad generationes tris perdurat. Ptolemęus Strabo

Arimphei populi ſũt aſiæ ſeptẽtrionalis p̃pe mõtes ripheos; ubi cadẽtes aſſidue niues adeo iuia

efficiũt/ut ultra adire nõ possint. His iustissimi
Põponius mores/ut lib.i. põponius refert. Pro domibus
nemora. Alimẽta baccę. Et maribus & foeminis
nuda sunt capita. Vterq; n. sexus comas tõdẽt.
Sacri itaq; habenr̃: adeoq; ipsos nemo de tam fe
ris gentibus uiolat: ut aliis quoq; ad eos confu
gisse pro asylo sit. Vltra surgũt mõtes riphei: ul
traq; eos iacet ora quę spectat oceanum.
Plinius A rimaspi teste Plinio lib. vii. populi sunt Scythiæ
europę uersus aquilonis exortũ/unicũ oculum
in media fronte tenẽtes: q cũ gryphis continua
bella gerũt. Nam gemmas & aurũ quod gryphi
eruũt/ui capiũt Arimaspi. Sunt aũt gryphes/ ut
Solinus Solinus refert/alites ferociss imę/ & ultra omnẽ
rabiem sęuiẽtes. Quorũ immanitate aduenis ac
cessus difficilis/ac rarus ẽ. Quippe uisos discer
punt/uelut geniti ad plectendam auaritię teme
ritatem.
A rmenia ꝓuincia est asiæ/ quę ut lib. v. refert Pto
Ptolemęus lemęus/a septentrione parte colchidis/ Iberię &
albaniæ terminatur. Ab occasu parte Cappado
ciæ. Ab oriente parte hyrcani maris & Mediæ.
A meridie parte Mesopotamiæ & assyriæ. Ab
Armenio Iasonis comite cognominata.. Diui
ditur ãt in maiorem Armeniã & minorem. In ea
mõs Ararath/ut libro decimoquarto ethymo.

Isidorus refert: ī quo archa Noe post diluuiū re- Isidorus
sedisse ferūt. Ab ea deducta fuerūt pruna arme
nia suauissimi odoris. Araxes fluuius & pars
Eufratis & Tigridis p eā excurrūt/ ut Ptolemęo Ptolemęus
placet. Eufrates īstar Nili terras foecūdat: diuer
sisq; nitet gēmis. Ciuitates īsignes/ Artaxata/ Ar
mauria// Tospia/ Artemita. Vt autē scribit Iose
phus libro primo ātiquitatis iudeorū. Otrus fi Iosephus
lius Aram Armenos instituit.

A sbystę populi sunt libyę intra maxime continen
tem siti/ ut Dionysius refert/ ubi tēplū illud uul Dionysius
gatissimū libyci dei medias īter arenas cōditū ē

A sia est tertia pars orbis: & ē maior & minor. Ma
ior a meridie p orientē usq; ad septētrionē protē
dit. Terminos habet a meridie Nilū/ a septētrio
ne Tanaim. Minor asia mediterraneo mari cin
gitur: & phrygia ac lycia conclusis terminatur:
ab Asia nympha filia Oceani cognoīata: quę im
perū circa ea loca tenuit. Vt autē libro. v. refert
Ptolemęus/ a septentrione Bithynia: ab occasu Ptolemęus
propōtide: ab oriētē lycia terminat. Ephesus in
ea urbs clarissima est. Epheso decus tēplum Dia
næ adeo magnificū: ut Xerxes cū oīa asiatica tē
pla igni daret: huic uni pepercerit. Est & perga Apollodo
mus/ quæ Apollodorum oratorē genuit/ Augu rus
sti præceptorē & Galienū medicum insignem; Galienus

quẽ tradũt edidisse uolumina cẽtũ qnquagĩta. Ingenia asiatica inclyta ꝓ orbẽ fuere. Poetæ Anacreõ/ Minermus/ Antimachus/ Alcęus/ & Sapho mulier. Hĩstorię cõditores Exãthus/ Herodotus Theopõpus. Septẽ sapiẽtia prædĩti/ Tales/ Bias/ Pitacus/ Cleantes/ Anaxagoras/ Heraclitus/ & Anaximander/

Septẽ sapiẽtes

A ssyria prouincia est maioris asiæ ab Assur filio Sem cognoiata/ qui eã regionẽ post diluuiũ primus incoluit/ ut Isidoro placet. Quę ut libro. v. refert Ptolemęus/ ab ortu media/ ab occasu mesopotamia terminaẽ. A meridie Susiana. A septentrione parte armeniæ. In ea primũ inuentus est usus purpuræ/ odores/ & unguenta/ quibus Romanorũ atq; gręcorũ effluxit luxuria. In hac est Adiabene regio: initium assyriorũ: cuius est Abellitis regio/ ut Solinus refert. Quo in loco Alexander Magnus copias Darii fudit/ ipsũq; subegit. Expugnatisq; eius castris/ ĩ reliquo apparatu Regis reperit scriniũ unguentis refertũ. In ea Assur filius Sem Niniuem cõstituit ciuitatem/ ut Iosephus refert libro. i. antiqtatis iudęorum. Quidã a Nino cõditã fuisse prodiderunt.

Isidorus

Ptolemęus

Solinus

Iosephus

A stypalea isula ẽ ĩ mari ægęo una ex cycladibus.

A stomorũ gens ad extremos fines indiæ sita est/ quæ auctore Plinio libro. vii. sine ore/ corpore toto hirta frondium lanugine uestiẽ. halitu tan

Plinius

tum uiuẽs. Nullus illis cibus. Nullus potus.

Attica Atte prius dicta regio eſt Achaiæ. In qua fuerunt Athenæ ciuitas prçclariſſima/ philoſophorũ mater. Hellas quoq; dicta eſt/ quã uolũt uerã eſſe græciã/ ut Solino placet. Primus oĩum Cecrops regnauit ĩ attica/ ut Euſebius de tẽporibus refert/ qui duabus naturis dicebatur/ ſiue ob lõgitudinẽ corporis/ ſiue q̃ cum eſſet ægyptius/ utrãq; linguã ſciebat greçã & egyptiacam. Solinus Euſebius

Atlantes populi ſunt ultra deſerta libyæ/ ut Pomponius ſcribit. Qui Solẽ execrañ/ & dũ oritur/ & dum occidit: ut ipſis agriſq; peſtiferũ. Nõ uescuntur animalibus. Et teſte Solino ab humano ritu prorſus exulãt. Nulli proprium uocabulũ. Nulli ſpeciale nomẽ. Diris uultibus Solis ortus excipiũt: diris occaſũ proſequuntur: uſtiq; undiq; torrentis plagæ ſidere oderũt Deũ lucis. Põponius Solinus

Atrogorũ gens Sericę regioni contermina. Quibus/ ut Solino placet/ temperies cęli miram aeris clementiam ſubminiſtrat. Arcent ſane afflatum noxium colles/ qui ſalubri apricitate undiq; obiecti prohibent auras peſtilentes. Ideo par illis & hiperboreis genus uitę eſt. Solinus

Auerni populi fuerũt gallię aq̃tanię/ q̃ auctore Strabone li. iiii. frequẽter aduerſus Romanos bella geſſerũt/ ãtea q̃dẽ. cc. milibus bellatorũ/ deide Strabo

duplicatis. Tot.n. cõtra diuum Cęſarẽ milibus cum Vergẽtorige pręlium cõmiſerunt.

A

Aurea cherſoneſus peninſula ẽ in ĩdia extra gãgẽ ut libro. vii. refert Ptolemęus. In qua ſũt ciuitates Tacola/ Emporiũ/ Sabana/ Calipolis/ perimula/ Balonca/ Tharra/ Malãda/ & alię cõplures.

Ptolimeus

B

b Abylonia regio ẽ aſię maioris/ quę a Babylone ciuitate nomẽ ſũpſit. Eſt.n. Babylon/ ut Solinus refert/ Caldeę gentis caput: urbs a Semiramide regina cõdita/ tam nobilis/ ut ꝓpter eã & Aſſyrii & Meſopotamii in babyloniæ nomen trãſierint. Vrbs eſt ſexaginta milibus paſſuũ circuitu patẽs: muris circũdata: quorũ altitudo .cc. pedes detinet. Latitudo qn quaginta: qui ternis digitis in ſingulos pedes excedũt menſurã noſtrã. Amne ĩterluitur Eufrate. Beli ibi Iouis tẽplũ: quẽ inuentorẽ cæleſtis diſcipline tradidẽrũt. In ęmulationẽ huius urbis. Theſiphontẽ Parthi cõdidẽrũt. Iſidorus uero ethy. libro. xv. ſcribit a Nẽbroth gigãte Babylonem conſtructã: quã Semiramis regina ãpliauit. Vocabulũ aũt ſũpſit a confuſione linguarũ ædificantiũ turrim: cuius altitudo qnq; milium centũ ſeptuaginta quatuor paſſuũ fuit. In ea regione Seleucia ciuitas ſita ẽ/ ſecus Tigrim nõ lõge

Solinus

Iſidorus

Turris Babylonię

a babylone/ut libro. xi. Strabo refert. Ea quoq; regio berillum parit qui auro est pretiosior. Strabo

B actra prouincia ē asiæ/ quæ ut lib. vi. Ptolemęus refert terminos habet ab occasu margianam: ab ortu Solis Sogdianos: a meridie Ariæ partē: cuius ciuitates īsignes sunt Characharta/ zarispa/ & Bactra Regia. Virgilius georg. ii. Neq; bactra neq; indi laudibus italiæ certent. Habet populos bellicosos plurimū/ assueros uiuere rapto: qui persarum luxus abhominantes semp in armis uersabāt. Hęc fortissimos mittit camelos: pedes, nūq̄ atterētes. Horū rex fuit Zoroastres artis magicę inuentor. Eam gentē primus instituit Geter filius Aram/ ut libr. i. antiquitatis iudęorum auctor est Iosephus. Tradunt etiā Alexandrum Macedonē octo urbes in bactriana et Sogdiana condidisse/ ut libro. xi. Strabo refert/ e quibus fuit Cariata. Ptolemęus Virgilius Ioſephus Strabo

B aleares insulę in hiberico mari sitæ/ a Baleo Herculis comite sic dictæ. Sunt aūt duæ/ Maiorica & Minorica: quarum incolas primitus fundarū usum comperisse Vegetius auctor ē. Virgilius primo geor. Stupea torquentem balearis uerbera fundæ. Vegetius Virgilius

B althia siue basilia īsula ē in oceano septētrionali immensę magnitudinis: quā Plinius li. iiii. di Plinius

xit a littore Scytarũ tridui nauigatione distare.

B annonia ísula est in oceano scythico/ í quam/ ut Plinius tradit lib. iiii. ueris temporibus electrũ fluctibus eiiciatur.

Plinius

Strabo B ardi populi fuerũt galliæ/ qui auctore Strabone lib. iiii. laudationibus rebusq; poeticis student.

B ragmani populi sũt indiæ ultra gangẽ positi/ ui tę integerrimæ: quorũ príceps ad Alexandrum Macedonẽ scripsit epistolã: in qua multa continent ad cultũ unius ueri dei spectãtia. Inter cætera. Deus uerbũ est: & illud uerbũ mundum & uniuersa creauit. Hoc uerbo oĩa uiuunt. Nos illud colimus. Illud adoramus. Deus spiritus & mens est: ideo nil aliud amat nisi mũdã mentẽ.

B asilidii populi sunt scythiæ europę/ ut Pomponius refert lib. ii. quibus ab Hercule & Echidna generis principia sunt. Mores habẽt regios. Arma tantum sagittæ.

Põponius

B elge seu belgica regio est gallię a Belgis ciuitate nũcupata: que a Scalda amne ad Sequanã fluuium sita est. Dicitur aũt belgica quasi bellorũ gens/ uel bella gerens.

B ellouaci populi sunt gallię/ qui teste Hirtio ĩ ultimo cõmentario belli gloria gallos omnes belgasq; prestabant. Quos Cęsar bello superauit/ duce eorum Corbeio interfecto.

Hirtius

Bethys regio ẽ hiſpaniæ/ quę a fluuio p eã decurrẽte nomẽ aſſũpſit. In ea eſt corduba ciuitas/ Senecę & Lucani patria. Et Hiſpalis/ quę Auicenã Medicũ celeberrimum genuit. Auſtrale latus bethycę fines habet oceanũ & herculeum fretũ/ ut libro. ii. refert Ptolemęus. Vbi ẽ Calpe mõs Abilę oppoſitus. Et ĩ exteriori mari gades ĩſula. Eã nũc regionẽ pleriq; Granatã eſſe ꝓdiderũt. Ptolemęus Granata

Blemii populi ſunt in aphrica ultra deſerta ipſius regionis/ ut. li. i. Põponius refert. Quibus capita abſunt: uultus habent in pectore. Põponius

Bithynia ꝓuincia eſt minoris aſiæ/ aduerſa Thraciæ/ & proxima Troadi/ quæ prius bebrycia dicta fuit. Virgilius. v. æneidos. Virgilius

Qui ſe bebrycia ueniẽs de gẽte ferebat. Poſtea Bithynia a Bithynio rege dicta eſt/ quæ teſte Solino/ diues eſt urbiũ & opulẽta rerũ. In bithynio agro Libyſſa locus eſt Nicomediæ ꝓximus/ ſepulchro Hãnibalis ĩſignis: q ueneni poculo animã expulit: & romanis ſe uiculis morte defẽdit Solinus Hãnibal

Britannia inſula eſt oceani/ clara græcis/ noſtriſq; monumẽtis/ quę ab ortu germanico oceano/ ab occaſu ibernico alluit̃/ ab omni cõtinẽte diuiſa/ ut li. ii. refert Ptolemęus: de qua Virg. in buco. Et ꝑnitus toto diuiſos orbe britannos. Hæc quoq; Albiõ dicta fuit a qbuſdã albis mõtibus Ptolemęus

qui ad eam nauigantibus primo apparēt. Cęte
rum a Britone rege Britannia poſtea appellata
Solinus fuit. Quæ teſte Solino & plinio in longū porri
Plinius gitur octingētis milibus paſſuū. Latitudo eius
Cęſar conſtat trecētis milibus paſſuū. Eam Iulius Cę
ſar ſubiugare adortus/extra orbem terrarū Ro
manum propagauit imperiū. In hac/tēpore ſol
ſtitii ęſtiui fiunt dies lōgiores q̄ in italia/& noc
Plinius tes breuiores. Nā ut libr. ii. Plinius refert. In ita
lia dies longiſſimus cōtinet horas. xv. in Britan
nia uero decē & ſeptē: & nox ſeptē. Vnde Iuue
nalis ſatyra. ii.

Iuuenalis Et minima contentos nocte britannos. Multa
Solinus & magna flumina in ea: ut Solinus refert. Fōtes
calidi & ſalubres: metallorum larga & uaria co
pia: Gagates lapis ibi plurimus/optimuſq;: qui
ardet in aqua: oleo reſtinguitur: attritu calefac
tus applicita detinet. Margaritæ quoq; in ea re
Strabo perīūtur. Tellus eſt frugifera auctore Strabone
libro: iiii. pecore abundās/auro/ argento/ & fer
ro. Ibi Londinū oppidū/ nūc Londra: copia ne
gociatorum/& lanificii arte celebre.

Britānia minor regio eſt galliæ belgicæ/ ut libro
Plinius iiii. Plinius refert. Quæ nūc ducatus titulo inſi
gnis habet̄: eā nūc pleriq; Turoniā eſſe dixere.

Boetia regio eſt europę in achaia ſita: a boue quā

indomitã Cadmus Agenoris filius ibi cõperiẽs
ĩmolauit/sic cognoiata. In ea Thebæ ciuitas prę
clara ab Amphione cõdita: & mõs citherõ fabu
lis carminibusq; celeberrimus. In boetia/ut Pli Plinius
nius refert li.xxxi.iuxta flumẽ Erynũ duo sunt
fõtes:quorũ alter memoriã alter obliuionẽ affert
B oemia regio est mysiæ europæ a Boemo prícipe
cognoíata. Est aũt ultra Danubiũ sita/ rerũ opu
lenta/arboribus foecũda/fluminibus irrigua/di
uersarũq; ferarũ generibus referta. Cuius metro
polis ẽ Praga ciuitas ꝑmaxima. Regio est frigi
dissima/uersus aquilonẽ posita. Nõnulli eã ger
maniæ partem esse tradiderunt.
B oi populi fuerũt galliæ cisalpinæ inter Padum
& Trebiam siti.
B orystenes populi sunt Scythiæ europæ in.vi.cli
mate cõstituti. Sic dicti a nobilissimo fluuio Bo
rystene qui in pontũ defluẽs teste Põponio/ma Põponius
gnos pices alit: qbus & optimus sapor/ & nul
la ossa sunt. Est etiã insula in ponto eiusdẽ no
minis/ut lib.iii.scribit ptolemęus. Ptolemęus
B rutii populi sunt italiæ inter lucaniã & Rhegiũ
siti:apud quos/ut Solinus refert/ Vlixes ísigne Solinus
Mineruæ templum extruxit. Hæc regio auctore Strabo
Strabone lib.vi. Oenotria quondam dicta fuit:
Cuius metropolis est urbs Cosẽtia. Supra illam

Pandosia est/ualidum propugnaculū: ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. Est & Rhegium a Calcidensibus cōdita: cuius ingēs olim potentia fuit.

Burgundia regio est galliæ celticæ quę longo tē pore sub regibus fuit. Nunc aūt regia dignitate amissa/ducatus titulo insignis est: cuius duces cęterorum christianorū duces facile præcellūt.

C

CAearia insula est in ponto Martisa cra. Eam Pomponius lib. ii. Collisariā uocat. In qua uolucres cū aduenis pē narum ictu pugnare uidentur.

Pōponius

Cadana insula est in persico pelago/adiacens car maniæ.

Calabrya regio est italiæ post lucaniam sita/a grę cis sic cognominata/qa bonis omnibus scatet. In ea est Brundusium ciuitas/pulcherrimo por tu insignis/ Pacuuii tragędiarum scriptoris cla rissimi patria. Est Tarentū urbs inclyta/ a Tara Neptuni filio cōdita: seu ab Achiuis ut Strabo ni placet. quæ Ennio poeta & Archita tarētino philosopho præstātissimo ciuibus ornata fuit. Eas urbes Strabo libro sexto in Apulia posuit.

Strabo

Caldęa regio est asiæ maioris/in qua Babylon ci

uitas magna fuit. Caldęos Arphaxat instituit/ & a se Arphaxateos nominauit/ ut Iosephus refert li. i. antiquitatis iudęorum. Iosephus

C alcidica regio est Macedonię/ ut libro secundo refert Ptolemęus: in qua est Panormus portus & ciuitas. Athosa promontorium & ciuitas. In mediterranea regione Augea ciuitas/ & Athos mons altissimus. Ptolemęus

C halybes populi sunt in asia/ assyrię contermini/ ut Dionysius refert/ genus hominū durissimū: qui nūq̄ ī elaborādo ferro/ parandisq; ad bella armis/ a maleis neq; ab ícudibus uacāt: totaq; illa regio arida: nulliq; apta cultui: fumo contenta ardere uidetur: & ferramentorum structuris ictibusq; inhorrere. Dionysius

C laros insula est una ex cycladibus: a qua/ ut Homerus refert/ Apollo Clarius dictus est. Homerus

C ampania regio est italiæ quæ nunc dicit̄ terra laboris: regio oīum italiæ fertilissima bis uernat: temperies grata/ aer purus & blandus. In ea Capua urbs uetusta a Capye Troiano/ uel a locis campestribus sic appellata. Virgilius. li. x. Virgilius
Et Capys/ hinc nomē campanę dicit̄ urbi.
Ea enim urbs propter fertilitatem agrorū a Romanis seruata est. Ait. n. Cicero oratione in Rullum. ii. Vnū ne fundū pulcherrimū populi Ro. Cicero

caput ueſtrę pecuniæ/pacis ornamẽtũ/ſubſidiũ belli/ fundamentũ uectigaliũ/ horreũ legionũ/ ſolatium annonæ diſperire patiemini? Hãc Tuſci condidere/uiſo falconis augurio: qui tuſca lingua capys dicitur. In hac etiam Neapolis eſt/ urbs prędara: Parthenope a tumulo Syrenis appellata. Ibi cumarũ urbs/a qua Sibylla cumana/
Sibylla quæ nũc diruta iacet. Eã Sibyllã de Chriſto hæc prędiniſſe tradunt. Et mortis fatũ finiet/triũ dierũ ſõno ſuſcepto: tũc a mortuis regreſſus ĩ lucẽ ueniet: primus reſurrectionis initiũ oſtẽdẽs. In ea fuerũt Bayę urbs opulẽta. Veſcuus mons cuius incẽdia dũ Plinius inſpicere uoluit/necatus ẽ. De hac regione plura uidebis ĩ terra leboris.
C hananea regio ẽ Syriæ a Chananeo filio Cham ſic cognominata/qui eã regionẽ/quæ nunc Iudęa nũcupaẽ inhabitans/a ſe chananeã appella
Ioſephus uit ut Ioſephus refert li.i. antiquitatis iudęorũ.
C anopus inſula ẽ obuia Nili hoſtio/ ut pompo
Põponius nius refert. lib. ii. quod Canopicũ uocãt. Menelai gubernator nauis Canopus/ibi moriens nomẽ inſulę/illa hoſtio dedit. Eſt etiã ciuitas eiuſdẽ noĩs: quã Alexãder Magnus ĩ eadẽ inſula inſtar ciuitatis ſuę macedonicæ/quę pella diceba
Virgilius tur/cõdidit. Vnde Virgilius. iiii. georgicorum.
Nam qua pellęi gens fortunata canopi

Accolit effuſo ſtagnantē flumine Nilum.

C antabri populi ſunt hiſpaniæ tarraconenſis uer ſus oceanum ſeptētrionale/ ut libr. ii. refert Ptolemęus. Quorū ciuitates mediterraneæ Concona/ Octauiola. Argenomeſcū/ & aliæ cōplures. Ptolemęus

C haonia regio eſt alpeſtris Epiri: quandoq; pro tota Epiro ſūmitur. Dicta eſt autem Chaonia a Chaone Heleni fratre Virgilio teſte. li. iii. ænei. Virgilius

Morte Neoptolemi regnorū reddita ceſſit
Pars heleno/ qui chaonios cognoīe campos
Chaoniāq; omnē troiano a chaone dixit.

Eſt etiam Chaonia mons in Epiro in quo ſilua fuit Dodona carminibus poetarum ꝑcelebris: glandibus ſuperabundans. Erat in ea templum Ioui Dodoneo ſacrum: in quo duas e cęlo columbas deſcendiſſe ferunt: & inde ueteribus ſolitas inſidere quercubus/ reſponſa dātes poſtulantibus. Vnde Virgilius. ii. geor. Virgilius

Aeſculus atq; habitæ grais oracula quercus

C appadocia prouincia eſt aſiæ maioris/ & ut Solinus refert gētium uniuerſarum quæ pontum accolunt/ ꝑcipua. Ab Armenia maiore diuiſa Eufrate amne. Multæ in ea urbes inclytæ. Terra illa ante alias altrix equorum: & prouentu equino accōmodatiſſima. Equis ineſſe iudiciū documentis plurimis patefactum eſt: cum ali Solinus

quot inuenti ſunt: q non niſi primos dominos agnoſcerent. Inimicos partis ſuę norunt. Adeo ut inter prędia hoſtes morſu petant. Alexandri Magni equus Bucephalus neminem unq̃ aliũ

Equus Alexandri

pręter dominum uehere dignatus ẽ. Equus. C. Cęſaris nullum præter Cęſarem dorſo recepit.

Equus Cęſaris

Regem Scytharum cum ſingulari certamine interęptum aduerſarius uictor ſpoliare uellet/ ab equo eius calcibus morſuq; laniatus eſt.

C apraria inſula eſt in mari tuſco capris abundãs/ quam greci ęgilon dicunt. Alii eam í mari ligu ſtico eſſe dixerunt.

C aria regio eſt minoris aſię a Cara rege cognoía ta. Qui teſte Plinio .lib. vii. auguria ex auibus primus comperit. Gens quõdam armorum pugnęq; amans: adeo ut aliena etiam bella merce de ageret. In ea eſt Halicarnaſus ciuitas mariti ma: ĩ qua Mauſeoli nobilis extat opus. Fuit ãt Mauſeolum nobile ſepulchrum ab uxore Artemiſia factum Mauſolo Carię regulo/ ut Martialis lib. x/ epigrãmatũ refert.

Plinius

Marmora parua quidem! ſed nõ ceſſura uiator
Mauſeoli ſaxis pyramidumq; lege.

Quod opus ut Plinius refert. libr. xxxvi. inter ſeptem miracula cõputatur/ quod maximi eius tẽporis ſculptores Scopas/ Bryas/ Timotheus/

Plinius

& Leochares cęlauere. Patetq; í circuitu pedes quadringentos undecim. Attollitur in altitudine. xxv. cubitis. Cingitur colūnis. xxxvi.

C aryſtos inſula eſt una ex cycladibus in euboico mari ſita: uarii marmoris feraciſſima. De qua Seneca í Troade. An ferax uarii lapidis Caryſtos. Seneca

In ea Titanos regnaſſe Solinus auctor eſt. Eſt etiam ciuitas eiuſdem noīs in euboia/ut lib. iii. ſcribit Ptolemęus Solinus Ptolemęus

C arpathus inſula eſt inter ęgyptum & Rhodum/ in qua regnauit Proteus maximus uates/Oceani & Tethyos filius. Ea inſula mari carpathio nomen dedit.

C armania prouincia eſt aſiæ maioris/ quę a ſeptē trione Carmania deſerta terminatur. Ab oriēte Gedroſia. Ab occaſu parte perſidis. In ea ſūt ciuitates/Carmania metropolis/ Taſpis/ Alexandria/& alię multæ. Carmanii teſte Pomponio ſine ueſte ac fruge/ſine pecore ac ſedibus/ coriis piſcium ueſtiuntur. Quidam teſtudinis carne uiuunt: præter capita toto corpore hirſuti. Pōponius

C aſiterides decem inſulę ſunt in oceano occidentali: ex aduerſo celtiberię: a fertilitate ſtāni dictę. Quas qa plūbo abundār/uno oēs noīe caſſiterides appellant/ut li. iii. Pōponius auctor eſt. Pōponius

C aunos inſula ēin mari oceano proxima Tyle.

C ęa insula est in ægęo mari a Cęo Titani filio cognominata.

C ephalonia insula est in mari ionio: quę quondã
Pliniuſ fuit ſub Vlixis imperio. Hæc teſte Plinio Mena
la olim dicebatur/ & est cõtra Epirum sita.

C eltæ siue Lugdunẽses fuerũt populi gallorũ/ &
est tertia pars galliæ: q ueniẽtes ad iberũ fluuiũ
hiſpaniæ/ibiq; cõſidẽtes Celtiberi dicti sũt. Vn
Lucanus de Lucanus libro. iii. Profugiq; a gente uetuſta
Gallorum celtę miſcentes nomen hiberis:

Solinus C helonophagi/ut ſcribit Solinus/populi sũt Car
maniæ/q non alia q̃ teſtudinis carne uiuunt. Pi
ſcium cute ſe uelant.

C eltiberi populi fuerũt hiſpanię/quorũ nobiliſſi
Strabo ma ciuitas fuit Numãtia/quę auctore Strabone
li. iii. ĩ bello celtiberico quod aduerſus Ro. po.
geſtũ est/uirtutẽ ꝓpriã oſtentauit: quod uigeſi
mũ pdurauit ad ãnũ. Bilbilis quoq; ciuitas ĩ cel
tiberis ãnumerat. Est ãt natio frequẽtiſſima/au
ri atq; argẽti copia excellens. Nã. M. Marcellus
tributum ex celtiberia exegiſſe fertur talentum
ſexcentorum.

C hemnis insula ẽ/ut põponius ſcribit ĩ quodã la
Põponius cu ægypti/lucos ſiluaſq; & Apollinis grãde ſu
ſtinens templum. Natat: & quocunq; uẽti agũr
pellitur. In ea pyramides sunt tres tricẽnũ pedũ

lapidibus extructæ: quarũ maxima quatuor fe
re soli iugera occupat: totidẽ ĩ altitudinẽ erigit.
C enomani populi fuerũt gallię cisalpinæ: quorũ
caput urbs Brixia fuit a gallis condita/ ut Iusti Iustinus
nus tradit.
C entauri fuerũt thessaliæ populi secus montẽ pe
lium habitantes: qui media parte uiri/ & media
equi describuntur. Hi a Lapithis originẽ traxere/
qui & ipsi alpestres populi ĩ thessalia fuerunt.
C herronesus uel chersonesus terra ẽ fere undiq;
mari cincta: quę nisi paruo continueretur/ insula
dici posset. Vna est in India quæ aurea Cherso
nesus describitur a Ptolemęo. Altera in thracia/ Ptolemęus
ob multa memorabilis/ ut Põponius refert. lib. Põponius
ii. In ea flumen ægos/ naufragio classis atticę in
signe. Est & Abydo obiacẽs Sestos Leãdri amo
re pernobilis. Est & locus in quo persarũ exer
citus diuisas spatio pelagoq; terras ausus pon
tibus iungere/ mirũ atq; ingẽs facinus. Ex asia ĩ
græciam pedes trãsgressus est. Sunt Protheſilai
ossa consecrata delubro. Est & portus Sceolos/
Atheniẽsibus & lacedęmoniis nauali acie decer
nentibus laconicæ classis signatus excidio. Est
Cynosenia tumulus Hecubæ/ siue ex figura ca
nis ĩ quã cõuersa tradit: siue ex fortuna in quã
deciderat humili noĩe accepto. Altera Cherso

neſus eſt iuxta chimeriũ boſphorũ/quę taurica cherſoneſus appellaẽ/ut inferius deſcribemus.

C reta ingẽs inſula a Crete nympha Heſperidis filia cognoiata: uel a Crete Curetum rege/ut Solino placet. Alii a tẽperie cęli Aereã primũ dictam exiſtimauere. Deide Macaroneſon. i. beatã inſulam. In ea Minos regnauit: ac inſulas circũiacentes ſubegit. In hac etiã Iupiter enutritus ẽ. Fuit ea inſula nobilis/ & centũ quondã urbibus habitata. De qua Virgilius lib. iii. ęneidos.

Solinus

Virgilius

Creta iouis magni medio iacet inſula ponto.
Mons ideus ibi: & gẽtis cunabula noſtrę
Centũ urbes habitãt magnas: uberrima regna.
Inter ortũ porrigiẽ & occaſũ tractu lõgiſſimo.
Hinc gręcia: inde Cyrenis obiacẽtibus. A ſeptẽtrione ęgęis ęſtibus uerberaẽ. Ab auſtro libycis undis pfundiẽ. Habet i lõgitudine. cclxx. mil. paſſuum. In latitudine qnquagĩta milia. Circuitus eius. D. lxxxix. milia paſſuum cõplectitur.

Solinus

Prima/ut Solinus refert/ nauibus & ſagittis claruit. Prima litteris iura finxit. Equeſtres turmas prima docuit. Ex qua diſciplina rei bellicæ conualuit. Studiũ muſicũ inde coeptũ. Silueſtriũ caprarũ copioſa eſt. Ceruis eget. Lupos/ uulpes/ aliaq; quadrupedũ noxia nuſq̃ educat. Serpẽs ibi nullus. Auẽ noctuã non habet. Larga eſt ui

tibus. Optimi uini feraciſſima. Mira ea ſolis In
dulgẽtia. Arborarii prouẽtus abundãtes. Cęſæ
cupreſſi repullulãt. Herba alimos ibi eſt: quę ad
morſa diurnã famẽ prohibet. Cariſtias aues gi
gnit: quæ flãmas impune inuolant. In ea quon
dã fuit labyrinthus/memorabile opus a Dæda
lo fabricatũ/famoſum quidẽ & a poetis decãta
tum. Vnde Ouidius: viii. Methamor. Ouidius

Dędalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit onus: turbatq; notas/& limina flexu
Ducit in errorẽ uariarum ambage uiarum.

Sed ut plinius ſcribit li. xxxvi. nat. hiſt. centeſi Plinius
mã tantũ portionẽ labyrinthi ægyptii Dędalus
accepit/quẽ pro exẽplo habuit. Inſigniũ urbiũ
principatus eſt penes Cortinã/Cydoneã/Gno
ſum/quæ fuit Minois regia: & ut quidã uolũt/
Strabonis coſmographi patria. Strabo

Cianitę uel cianeæ & Simplegades inſulæ ſunt ua
gæ & errabundę contra thracium boſphorum/
paruoq; diſtãtes: quę aliquãdo creditæ ſũt con
currere/ut libro. ii. Pomponius teſtatur & Stra Põponius
bo li. iiii. Strabo

Cyclades inſulæ ſunt i mari ægęo/ſic quoq; dictę
qa in morẽ cycli/hoc eſt rotundi diſponuntur.
Sunt aũt omnes numero qnquagintatres.

Cilicia prouincia eſt in minori aſia/inter pamphi

liam & Taurũ mõtem ſita: plurima iacet cãpo / ſinu lato: quæ a Cilice Agenoris filio nomẽ ſortita eſt. Matrẽ urbium habet Tharſon: quã Danes proles nobiliſſima Perſeus locauit. Hãc urbem interſecat Cidinus amnis mirę ſuauitatis. Circa Coryciũ Cilicię urbẽ crocus plurimus optimuſq;. In ea regione ẽ Corycius ſpecus / ut Põponius ſcribit / ſingulari ingenio / ac ſupra q̃ ut deſcribi facile poſſit / eximius / adeo mirificuſ ac pulcher / ut mentes accedentium primo aſpectu cõſternat. Deſcẽſus eius qngentorum & mille paſſuũ p amoenas umbras. Terret ingrediẽtes ſonitus cymbalorum diuinitus crepitãtium. In eo Tiphonis gigãtis cubile poſitũ accolę crediderunt. Heliopolis antiquũ oppidũ cilicię fuit / patria Chriſippi ſtoicæ ſapientię præſtãtiſſimi. Cilices mediterraneo mari proximi / pyratę fuerunt: quos Magnus Põpeius / ut Florus tradit / funditus deleuit. Cilices antiquitus Tharſi uocabantur a Tharſo nepote Iapheth / qui eos inſtituit / ut libro .i. antiquitatis Iudęorũ Ioſephus auctor eſt. Tarſus nãq; apud eos ciuitatum metropolis appellatur.

Corycius ſpecus

Põponius

Tipho gigas

Florus

Ioſephus

Cimas eſt inſula maxima inter iſtri hoſtia. Et ut Põponius refert / urbem habet / quam quia Bithini incolunt / Bithinida appellatur.

Alexander Ad eos tradũt Alexãdrũ macedonẽ accessisse: illisq; dixisse. Petite qđcunq; uultis. At illi. Da nobis ĩmortalitatẽ/ quã pręcæteris semp optamus. Quibus ille ait. Cũ sim mortalis/ ĩmortalitatẽ nemini præstare possum. Si ergo inquiũt mortalem te esse cognoscis/cur nõ cõtẽtus patriis sedibus/oĩbus infestus totũ orbem subiicere conaris

Gorgones insulę sũt in oceano ęthiopico/cõtra mõtem atlantẽ/bidui nauigatione distantes a

Põponius Solinus cõtinenti in quibus hirta sũt foeminarũ corpora/aliti pernicitate. Eas Pomponius & Solinus

Gorgades uocãt obuerſasq; dicunt promõto
rio: cui heſperuceras nomen eſt. In eis Meduſa Meduſa
cum ſororibus Euryale: Sthenione & Scylla re
gnauit. Fuerũt autem filię Phorci regis eximię
pulchritudinis. Eas aſpicientes in lapides uerte
bantur ob ſtuporẽ admirãdæ pulchritudinis.
Sed Meduſã dormiẽtẽ tradũt à Perſeo Iouis & Perſeus
Danes filio/accepto enſe & tallaribuſ Mercurii
& ſcuto Palladis chriſtallino: per quod illam
ĩpune aſpicere poſſet: uno ualidiſſimo ictu pe
remptã: ex cuius ſanguine mox fingiť natus
Pegaſus allatus equus/qui ĩde uſq; ad helico
nem collẽ ꝓuolans/& pede humũ fodiẽs/Heli Helicon
conem ſeu pegaſeũ fontẽ eduxit/muſis ſacrũ.
Quod ideo factũ putãt/quia Perſeus ſãguine
hoc eſt diuitiis Meduſę præclara multa ꝓegit.
Nam Atlãtem mauritanię regem & Aphricã to
tã ſubegit: greciamq; expugnauit. Finxerũt ẽt
Poetæ ipſas ſorores unicũ tãtũ habuiſſe oculũ
quo ſingulę ꝓlibito utebanť/hoc eſt ſapientẽ
quendã habuiſſe putant/cuius conſilio omnia
regebantur.

Gorthia regio ẽ Europę/Dacię & Noruegię con
termina. Diuidiť aũt ĩduo regna. Gẽtes imma
nes & ferociſſimę/qui olĩ cũ Romanis grauia
bella geſſerũt/ac totã italiã armis ſubegerunt/
ipſãq; urbẽ Romã prædæ datam incenderũt.

h Auſtiſus eſt promontoriũ Cimbrorũ excurrens in mare/efficitq; peninſulam uiginti tria milia paſſuum.

H edui populi ſũt finitimi Auernis/biturigibus/ſequanis/ac ſebuſianis/iter celtas/iter burgundos nũc noiati. Nec aliquos fines habent citra Ararim flumẽ: q nũc Sagona appellat. Hi tranſ Ararim domicilia tenent: primiq; eius regionis homines in Romanorũ amicitiã ſocietatẽq; uenerũt/ut li.iiii. Strabo auctor eſt.

Strabo

H eluetii populi ſũt inter celtas/bonitatẽ agri habẽtes/finitimi Cõſtãciẽſibus/baſiliẽſibus/gebenẽſibus/& biſontinis. Viri fortiſſimi: quos Cæſar apud Rhodanũ prelio ſupauit.

Cæſar

H ellas regio ẽ/quæ & Achaia dicit/ut placet Ptolemeo/a noſtris græcia appellata a Greco rege q primus i illa regnauit. A cuius filia uocata ẽ Attis. Deinde ab Hellene Deucalionis & Pyrrhe filio dicta fuit hellas. Sed nos antiquũ nomẽ ſeruamus/& greciã dicimus. Incipit autẽ ab iſthmo corinthio ſiue ſtrictura peloponeſi/& ad littora ægei maris porrecta/uſq; in Macedoniã & Theſſaliã/quã cũ omni Boetia intra ſuũ nomẽ includit: extẽditur. In hac regione urbs Athenarũ fuit/nec indiga ullius preconii/tãta claritas ſupfuit. Ab ea. x. milibus paſſuũ diſtat

Ptolemeus

Athenę

Marathõ ciuitas/cuius cãpi cruẽtiſſimo prælio memorãdi ſũt. Nã cẽtũ milia peditũ & decẽ milia eqtũ Darii regis pſarũ ab ãtheniẽſibuſ duce Mylciade ſolũ cũ decẽ milibus armatis ipſius ducis cõſilio & induſtria ꝓfligati ſunt. Nec lõge ab Athenis Argos oppidũ a Bacho cõditũ. Cęterũ ab Atti ipſa regio attica dicta eſt. Et ab Hellene qui teſte Solino ĩ Theſſalia natus eſt/ ipſi gręci hellenes dicti ſunt. Cãpi Marathonii Solinus

Helene ĩſula ẽ in mari ægęo/ut Põponius refert/ nota ſtupro helenæ. Põponius

Hemodes ſũt ĩſulæ ſeptẽ ĩ oceano germanico/teſte Põponio cõtra germaniã uectæ/ in illo ſinu quẽ Codanũ dicũt. Ex his Codanonia/quæ & magnitudine & copia rerũ cæteras antecellit.

Heſperia ꝓuĩcia ẽ in europa ab heſpero Atlantis fratre dicta/quæ nunc hiſpania uocaťr. Quin & ab eodẽ italiã heſperiã fuiſſe antiqtus noĩatã/ graii auctores atteſtãťr. Vnde Virgilius. i. ænei.

Eſt locus heſperiam graii cognoĩe dicunt. Virgilius

Vel ut Macrobio placet ab heſpero ſtella ꝙoc caſui ſubiecta ſit: heſperia dicta eſt. Macrobius

Heſperides inſulæ ſũt in oceano æthiopico. Fuerũt & heſperi fratris Atlãtis filię/heſperides uocarę: quas poetæ finxerũt amęniſſimum uiridariũ cũ inſõni dracone cuſtodire ĩ quo erãt arbores aurea mala tenẽtes. Sed tandẽ Hercules ab

Euryſtheo Mycenarum rege miſſus occiſo dra
Lucanus cone aurea mala tulit. Vnde Lucanus. li. viiii.
Abſtulit arboribus preciũ: nemoriq; laborem.
Alcides: paſſusq; inopes ſine pondere ramos:
Retulit argolico fulgẽtia poma tyrãno. Sane
Solinus de horto & dracone ꝑuigili ratio hęc eſt: ut So
linus ſcribit. Fuerũt. n. ĩſulę/ quę maris flexuo
ſo meatu/ ꝑcul uiſẽtibus tortuoſũ ãguẽ mẽtie
bãt. Sed pręter arbores oleaſtriſ ſimiles & karã
ſacrã Herculi: nihil aliud prędferũt qđ ꝑpaget
uetuſtatiſ memoriã. Vt pleriſq; placet: ouiũ gre
ges ibidẽ fuere: quæ purpureã lanã ꝑducentes
Ouidius ab hercule raptę tradũt. De quo Oui. meth. iiii
Mille greges illi/ totidẽq; armẽta per herbas
Errabant/ & humũ uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante micantes.
Ex auro ramos/ ex auro poma tegebant.
Himatopodes populi ſũt libyę/ q teſte Solino/
flexis niſibus crurũ repũt potius q̃ ĩcedũt/ et ꝑ
gendi uſũ lapſu magis deſtinãt quã ingreſſu.
Hyrcania ꝑuĩcia eſt in aſia/ dicta a ſilua hyrcana
quæ Scythiæ ſubiacet/ habet ab oriẽte mare ca
ſpiũ/ a meridie Armeniã/ a ſeptẽtrione Albaniã
ab occaſu Iberiã. Eſt aũt ſiluiſ aſpera et niuibuſ
Lucanus copioſa. Vnde Luc. lib. iiii. Tinxere ſagittas
Errantes ſcythiæ populi quos gurgite batros.
Includit gelido/ uaſtisq; hyrcania ſiluis.

Ea regio ut. Q. Curtius ſcribit: pantheris & par dis abundat: ſed maxime tigribus. Quod Lu canus teſtatur libro primo. Q. Curtius Lucanus

Vtq; fere tigres nunquã poſuere furorem
Quas nemore hyrcano matrum dum luſtra ſe quũtur: ✕ Et Virgilius. iiii. en.
Altus cæſorũ pauit cruor armentorum.
Hyrcanæq; admorũt ubera tigres. ✕ Virgilius

H iſpania prouícia eſt Europę: quę a mõtibus py reneis ícipiẽs/ ut ſcribit Apianus clariſſimus hi ſtoricus/ & p colũnas Herculis circuiẽs uſq; in borealẽ oceanũ ptẽdit. Cuius magnitudo mul ta eſt & ícredibilis. Nã decẽ milibus ſtadiis lati tudo comẽſurat. Lõgitudo eadẽ eſſe uidetur. Quã gẽteſ quoq; diuerſę íhabitãt. Quin & flu uios plures nauigabiles cõtinet. Terra eſt fęlix & optimarũ rerũ fertilis. Hec ille. Eſt ãt a ſeptẽ trione pyreneis mõtibus clauſa/ reliqs partibuſ ũdiq; mari cõcluſa. Pyreneus mõs a crebriſ igni um fulminibus cognomĩatus a tyrrheno ícipit mari/ & í oceanũ boreale ptẽdit/ habet ex oriẽ tali pte celtas gallię populos/ ex occidẽtali ibe ros. Interfluunt eam flumina magna/ Bethys/ Mineus/ Iberus/ & Tagus aurũ trahẽs/ ut í aſia Pactolus & Hermus. Habet regioẽs ſex/ tarraco nẽſẽ/ carthaginẽſẽ. Luſitaniã/ Gallitiã/ Bethicã & Celtiberiã. Hec eadẽ prius hiberia ab hibero Bethys Mineus Iberus Tagus

amne cognoiata fuit: poſtea ab Heſpero fratre Atlãtis heſperia. Poſtremo ab Hiſpali urbe Hiſpania nũcupaſ. Sed duę ab hiſtoricis hiſpanię deſcribũſ/ Citerior quæ ẽ í ſeptẽtrionali plaga/ & a pyreneis mõtibus uſq; ad Carthaginẽ porrigiſ. Vlterior/ quę í meridie a celtiberis uſq; ad gaditanũ fretũ extẽdiſ. Eſt aũt hæc ꝓuincia/ ut
Põponius Põponius ſcribit: uiris/ equis/ ferro/ plũbo/ ære argẽto/ auroq; abũdãs & fertilis. In tarraconẽſi regione urbes clariſſimę fuerũt Pallantia & Numãtia: nũc ẽ Cęſarea auguſta. Sũt & alię urbes íſignes/ ut Ptolemęus refert/ li. ii. Aſturica/ Auguſta/ Cluma/ Toletũ/ Valẽtia romana colonia quę mediterraneo mari adiacẽt/ Carthago noua/ Tarracõ/ Barcinõ romana colonia/ & Saguntũ. Populi celebriores: Vaſcones/ Cãtabri/ Celtiberi. In ea quoq; ẽ regnũ nauariæ uerſus ſeptẽtrionẽ. Nã uerſus oriẽtẽ eſt regnũ Tarraconiæ & catelonię. In luſitania uero/ quę oceano occidẽtali alluiſ: eſt ciuitas Emerita & regnũ portugaliæ. In bethyca quæ mediterraneo mari adiacent
Auicena ſunt ciuitates Aſtagi: hiſpal/ quæ Auicenã medicũ celeberrimũ genuit. Et corduba Senecę &
Seneca Lucani poetę patria. Et regnum Granatæ. Hęc
Solinus terrarum plaga: ut Solino placet/ eſt optimis comparanda: nullis poſthabenda frugum copia/ ubere ſoli/ uinearum & arborum prouentu

Omnium materia affluit/quæcunq; aut pretio cara est/aut usu necessaria. Argentũ habet & aurum. Ferro nun q̃ deficit: nec cedit uinbus: uincit oleas: uiget pabulis. Rudentũ materiẽ nauticis subministrat. Ibi nõ coquũt sales/ sed effodiunt. Tagum flumẽ ob arenas auriferas cæteris amnibus preferũt. In pximis Olisponis oppidi equę lasciuiunt mira foecũditate: Nam spirante fauonio/uento cõcipiunt. Carthaginem apud hiberos poeni cõdiderũt. Tarraconẽ Scipiones/quæ caput est puincię tarraconẽsis. Lusitanum littus pollet gẽma ceraunio/ quod indicis preferunt. Aduersus uim fulgurũ credit opitulari. Hæc Solinus. Hispani primũ Iobeli dicti sunt/ut libr. i. antiquitatis iudęorum Iosephus auctor est. Quos Iobel filius Iaphet cõdidit. Qui nostris tẽporibus hiberes qui & hispani: A quibus postea celtiberi nũcupati sunt. Tagus flu. Iosephus

Hyperborei motes & populi sunt scythiæ super aquilonẽ ripheosq; mõtes/ sub ipso siderũ cardine cõstituti/quasi ultra boreã positi. Vbi sol non quotidie ut nobis: sed primũ uerno equi noctio exortus/autũnali demum occidit/ut li. iii. Põponius scribit. Et ideo apud illos sex mẽsibus dies/& totidem aliis nox usq; continuã. Terra aprica/per se fertilis. Cultores iustissi Põponius

mi: & diutius q̃ ulli mortaliũ & beatius uiuũt. Semper lęti. Non bella nouere nõ iurgia. Habi tant lucos ſiluaſq;. Et ubi eos uiuẽdi ſatietas / magiſq; tedium capit: hilares redimiti ſertis / ſe metipſi in pelagus ex certa rupe pręcipiti dãt. Id eis funus eximium eſt.

Solinus

Hippopodes populi ſunt ĩ oceano ſcythico: qui teſte Solino / humanã uſq; ad ueſtigiũ formam tenẽt. Sed ĩ eqnos pedes deſinũt. De q̃bus idẽ tradit Plinius li. iiii.

Plinius

Plinius

Honomadũ gens ẽ in aſia minori ut lib. v. Plinius refert. Quorũ oppidũ Homana. Caſtella xliiii. inter aſperas cõualles latent.

Huni populi ſunt / qui quondã in ſcythia europę ſup meotida paludẽ incoluere. Deíde muratis ſedibus ingẽti multitudine ꝓfecti in pãnoniã deuenere: eãq; ſibi ꝓuíciã ĩ domiciliũ elegerũt.

I

Iabadium inſula eſt ĩ mari indico cuius metropolis eſt Argẽtea urbs. Eſt. n. ĩſula feraciſſma: quæ auri multũ generat /

Ptolemęuſ

ut lib. vii. auctor eſt Ptolemęus.

Virgilius

Iapidia nunc Forũiulium regio ẽ italiæ a Iapide ætholi filio / q ad eas oras deueniẽs oppidũ de ſuo noíe cõdidit. A quo ea pars ubi fluuius eſt Timauus iapidia cognominata fuit. Vnde Vir

gilius.li.georg.iii.
Caſtella in tumulis & iapidis arua timaui.

Iapygia regio ẽ italiæ/quæ nũc Apulia dicit̃ a Iapyge Dedali filio cognoiata/ut Herodoto placet. De quo Virgilius li.xi.ænei. Herodotus

Victor gargani condebat iapygis agris. Virgilius

Vnde Seruius ſup dicto libr. iapygiã partẽ eſſe apuliæ dixit:i qua eſt mõs garganus.q uſq; in adriaticum tendit̃ pelagus. Lucanus. Seruius Lucanus

Appulus adriacas exit garganus in undas.

Regio ẽ populoſa/ciuitatibuſ nobiliſſimis iclyta/caſtris & oppidis p̨munita/ frumẽto uino & oleo/ diuerſi generis fructibus fertilis & foecũda. Hic bellatores eq; pueniũt. Eiuſ metropolis ẽ Brũduſiũ: quã ætholi Diomedẽ ſecuti cõ diderũt. In portu brũduſii teſte Plinio li.ii. fõs icorruptus p̨ſtat aquas nauigãtibus. Hæc regio auctore Strabone li.vi. aliquando copioſa mortaliũ multitudine floruit: & tredecim urbes habuit. Nũc ãt excepto Tarento atq; Brũduſio c̨tera exigua ſũt oppidula. E Brũduſio ãt Tarẽtũ uia expedito uiatori uno nauata die/cherroneſo perquãſimilis eſt. Eã regionẽ & Meſſapiam & Iapygiam & calabryam & Salentinam complures communi appellatione nuncupãt. Brunduſii uero portus ſua excellentia c̨teros Plinius Strabo

præſtat. Multi. n. ore uno portus includuntur.

Iaziges methanaſtę populi ſunt ī europa: qui ut ſcribit Ptolemęus li. iii. ab oriẽte habẽt Daciã: ab occaſu & auſtro germanię partẽ: a ſeptẽtrione Sarmathiã europę. In ea ꝓuincia octo urbes tantũ poſuit Ptolemęus/ uidelicet. Vſcenium/ Bormanũ/ Abinta/ Triſſum/ Parca/ Candanum Paſſium/ Partiſcum.

Ptolemęuſ

Iberia prouincia eſt aſiæ hyrcano mari proxima & albaniæ. Virgilius lib. viiii.

Virgilius

Pictus acu clamidẽ & ferugine clarus ibera:

Vt autẽ ſcribit Dionyſius/ Iberes populi quondam a pyreneis mõtibus ꝓfecti/ ī aſia ſedes poſuere. Vnde ea pars aſiæ Iberia nũcupatur. Homines bellicoſiſſimi/ & uicinis hyrcanis īfeſtiſſimi: Cũ quibus atrociſſima bella geſſerunt. Ciuitates & uillę huius regionis/ ut libr. v. refert Ptolemęus/ Agina/ Vaſanda/ Varica/ Sura/ Armatica. Eſt & Pharnaſus oppidũ iuxta flumẽ Neoris/ ut Plinius refert lib. vi. In ea ſunt Acroceraunia montes excelſi: qui Iberiam ab Armenia diſterminant: & a portis caſpiis initium deducentes uſq; ad fontem tigridis protẽdunt. Quæ & ceraunia uocitantur: a crebris fulminibus ſic dicta. Vnde Virgilius georg. primo. cũ de Ioue loquitur.

Dionyſius

Plinius

Virgilius

Aut athō/aut rhodopē/aut alta ceraunia telo
Deiicit. Sunt & Ceraunia altissimi mōtes Epiri
de quibus Virgilius. iiii. ænei. Virgilius
Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta.
Vnde iter italiā: cursusq; breuissimus undis
I bernia insula est in oceano septēntrionali uersus
occasū proxima britānię: spatio terrarū britan
nia āgustior: sed situ foecūdior: ut Isidorus re Isidorus
fert. Hęc ab aphrico in boreā porrigitur: cuius
partes priores hiberiā prospectāt: unde & Iber
nia dicta. Gētes habet ferocissimas & bello ap
tissimas: ut Dionysius refert/quę cum pulchro Dionysius
sint corpore & elato/mēbrisq; robustissimis ac
colore cādido/ingenio quoq; & facilitate liguę
plurimū prestāt. Equos parit qui a natura sua
uissimo incessu & modulatione quadā ueluti
more regio deābulare uidentur. Ibi nullus an
guis/auis rara/apis nulla/adeo ut ad uectos in
de pulueres siquis inter aluearia sparserit/exa
mina fauos deserant.
I caria insula est iter sardū & siculū mare/ab Icaro
Dedali filio/ qui cū patre e Creta fugiēs/ alarū
fiducia fretus/ ultra parentis iussa altius euola
uit/& solis ardore cęra qua pēnę cōtinebantur
liquefacta/in eū locū decidit/qđ de suo nomie
Icareū mare dictū est/de quo Oui. de tristibus Ouidius

Icarus immẽsas nomine fecit aquas.

Plinius

Sed iuxta historiæ ueritatẽ Dędalus athenien sis artis fabricę ꝑitissimus/qui teste Plinio lib. vii. in ea arte primus serrã/asciã/ꝑpendiculũ & terebrã adinuenit: & in nauigãdo malũ & antẽnam. Cũ accusaret̃ interemisse sororis filiũ: metuẽs futurum iudiciũ/naui fugit in Cretam ad Minoem Regẽ. Et propter inuestigabilẽ fugã/aduolasse pẽnis existimatus est.

Idumea regio est in Syria/quę a meridie cõtermina est Arabię. A septentrione uero phoenicię aqua Libanus eã diuidit/habetq; ciuitatem Idumen/palmis abundantẽ. Vnde Lucanus ĩ. iii.

Lucanus

Et arbusto palmarum diues Idume.

Virgilius

Virgilius in. iii. georg.

Primus idumeas referã tibi mãtua palmas.

Ptolemęus

In ea sunt ciuitates Berzamina/Caparosa/Elusa/& Mapsa/ut li. v. scribit Ptolemęus.

Plinius

Ilba seu Ilua insula est in mari Tusco a continenti distans. x. milibus passuum/generosa metallis. De qua Plinius refert hoc esse mirum: ꝙ in aliis regionibus effossis metallis terræ sunt uacuę. Apud Ilbam sublata renascuntur/& rursũ de iisdem locis effodiuntur. De qua Virgilius libro decimo.

Insula inexaustis calybũ generosa metallis

Illyris ſeu illyricum prouincia eſt Europæ/cuius fines latiſſimi ſũt. A ſeptẽtrionali plaga utraq; pannonia terminatur. Ab occaſu iſtria. Ab ortu myſia. A meridie habet partem Macedoniæ & mare adriaticum. In ea ut Plinius refert libro iii. populorum pauca effatu digna aut fęlicia nomina. Illyrici latitudo qua maxima eſt. ccc. xxv. milia paſſuum colligit. Lõgitudo a flumine Arſia ad flumen Drinium. dccc. M. paſſ. Illyrici ora multis iſulis frequentatur/ Mare uadoſum/& ſinibus plenum. Vnde Virgilius Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illyricos penetrare ſinus. Eius ciuitates inſignes ſunt/ Aluona/ Flauona/ Enona/ Iadera colonia/ Scardona/ Salona/ Epidaurus/ nũc Raguſium/ Aruccia/ Saluia/ Sidrona/ Blanona/ & complures alię/ ut libr. ii. refert Ptolemęus. Plinius Ptolemęus

Inarime inſula ẽ in mari tuſco/ ſinuq; cãpano: in qua mõs erat inſtar ętnę incẽdia eructãs. Quã ob rem dixerũt Typhoeũ gigantẽ Iouis imperio ſub illo cõprimi. Virgilius. viiii. ęnei. Virgilius

Tum ſonitu pclyta alta tremit/ duruq; cubile
Inarime Iouis imperiis impoſta Typhoeo.

Plinius ãt ſcribit/ q Inarime mõs fuit qui terremotũ paſſus alterã fudit inſulã/ quæ pclyta ab Plinius

effusione dicta ẽ/sita i inari tusco. De Typhœo
diuersa poetæ sensẽrũt. Nam Virgilius scribit/
a Ioue fulmine ictũ/ & sub Inarime insula posi
Lucanus tum. Quod & Luçanus i. iiii. sentire uidetur.
Conditus inarimes ęterna molle typhoeus.
Ouidius Naso uero libro. v. metha. sub trinacria positũ
Typhoeum scribit.
Vasta giganteis iniecta est insula membris.
Trinacris: & magnis subiectũ mollibus urget.
Aethereas ausum sperare typhoea sedes.
Nititur ille quidem: pugnatq; resurgere sępe.
Dextra sed ausonio manus ẽ subiecta peloro
Leua pachine tibi: lilybeo crura premuntur.
Degrauat ætna caput: sub q̃ resupinus harenas
Eiectat: flãmamq; fero uomit ore typhoeus.
I Ndia puincia est asię maioris in oriẽte sita: quæ
abĩdo flumine nomẽ assũpsit. Terra fertilis &
Põponius uario genere hoium referta: quę teste Pompo
nio/ tantũ spatiũ littoris occupat/ quantũ pse
xagĩta dies noctesq; uelificãtibus cursus est.
Tã pĩguis alicubi & tã feracis soli/ ut mella frõ
dibus defluãt/ lanas siluę ferãt. Arũdinũ singu
la ĩter nodia ueluti nauitas binos & remos ue
hant. Alit formicas ad magnitudinẽ canũ quę
more griphorũ aurũ custodiũt cũ summa pnicie
attĩgẽtiũ. Magnos gignit elephãtes/ ĩmanesq;

ſerpẽtes. Vrbiũ Nyſſa eſt clariſſima & maxima.
Montiũ Meros Ioui ſacer. Amniũ ganges & in
dus/qui ſolus poſt Nilũ crocodilos producit.
Hec Põponius Gãgẽ naſci dixerũt in ſcythicis Põponius
mõtibus: influere in eum. xix. amnes. Indus in
iugo caucaſi mõtis quod uocaẽ paropanyſus
aduerſus ſolis ortũ effuſus: & ipſe undeuigin
ti recipit amnes. ut li. vi. Plinius refert. Iuxta in Plinius
dum fluuiũ/ut Plinius refert li. ii. duo ſũt mon
tes. Alteri natura eſt/ut ferrũ omne teneat: alte
ri ut reſpuat. Eſt autẽ fauonii ſpiritu ſaluberri
ma ut Solinus tradit: bis ĩ ãno ẽſtatẽ habet: biſ Solinus
legit fruges. Tradũt in ea fuiſſe q̃nq; milia op
pidorũ. Diu ẽt credita ẽ tertia pars eſſe terrarũ.
Hipanis ibi nobiliſſimus fluuius: q̃ Alexãdri
magni iter terminauit. Minima gãgis latitudo
p octo milia paſſuũ: maxima p. xx. patet. Alti
tudo ubi uadoſiſſimus ẽ/mẽſurã cẽtũ pedũ de
uorat. Gãgaridę extimus eſt ĩdię populus. Cu
ius rex equites mille/elephãtos ſeptĩgẽtos/pe
ditũ ſexagĩta milia in paratu belli hẽt. Indorũ
quidã agros exercẽt/militiam plurimi/ merces
alii/optimi ditiſſimiq; Rẽpu. cur̃ãt/ reddũt iu
dicia/aſſidẽt regibus. In gãge ĩſula ẽ ãpliſſima
cõtinẽs gẽtẽ/ quorũ rex peditũ q̃nquagĩta mi
lia/equitũ quatuor milia ĩ armis habet. Parſia

gens ualidissima/quos palybotros uocant/ut
Plinius Plinius refert li vi. Horũ rex sexcẽta milia pedi
tũ equitũ trigita milia/elephãtos nouẽ milia oĩ
bus diebus ad stipẽdiũ uocat. Pãdea gẽs afoe
Mirabiles minis regit̃. Ad mõtem qui nilo dicit̃/teste So
gentium fi lino habitãt/quibus auersę plãtæ sũt/& octoni
gurę digiti in plãtis singulis. Per diuersos indię mõ
tes sunt nationes capitibus caninis/armatę un
guibus/ad sermonẽ humanum nulla uoce/sed
latratibus tantũ sonãtes. Apud Clesiã legitur/
quasdã foeminas ibi semel parere/natosq; ca
nos illico fieri. Esse rursũ gentẽ alterã/quę in iu
uẽta sit cana/nigrescat ĩ senectute: quibus uita
ultra æuũ nostri temporis. Monoculos quoq;
ibi nasci tradũt/ singulis cruribus & singulari
pnicitate/q a calore se defẽdũt plãtarũ magni
tudine. Gangis fõtẽ qui accolũt/ odore uiuũt
pomorũ siluestriũ/lõgiusq; pgentibus eadẽ in
prędidiũ gerũt. Sunt q ceruicibus carẽt/& in hu
meris habẽt oculos. Sunt q silueſtres hirti cor
pora/caninis dẽtibus/stridore terrifico. Sunt q
multas ducãt uxores/ &cũ maritus decesserit/
quæ officiosior cæteris iudicata fuerit/ rogum
ascendit coniugis/ & semet ipsam supremis
Mirabiles be eius dat inferias. Sunt illic multæ & mirabiles
stiæ bestiæ/ quarum Leucotrota uelocitate præce

dit feras uniuerſas/ipſa aſini fere magnitudine/ quæ uoce loquentium hominum ſonos æmulatur. Manticora triplicem dentium ordinem habet/ faciem hominis/corpus leoninum/ humanas carnes auidiſſime affectat. Monoceros monſtrum eſt mugitu horrido/ equino corpore/capite ceruino/media in fronte cornu habet ſplẽdore mirifico. Anguillas ad tricenos pedes longas educat Ganges. Indica maria balenas habent ultra ſpatia quatuor iugerum. Sola India mittit Pſitacum auẽ. Mittit piper/ gariphylon & hebenũ/ ex quo pocula fiunt. Nã qcqd maleficum fuerit/tactu eius auertitur. Mittit & calamos odoratos. Dat & multa alia fragrantia. Gignit Adamantem lapidem/Berillum/ Criſopaſſum Hiacyntum/ Margaritas & alias gẽmas. Ebur quoq; in ea copioſe inueniẽt. Ibi mõtes aureis uenis referti/quos ne effodiant̃/ dracones gryphesq; cuſtodiũt. In ea regiõe/ ut Plinius tradit li. vii. arbores tãtę ꝓceritatis ſũt/ ut ſagittis ſupari nequeãt. Hęc facit ubertas ſoli/ tẽperies cęli/aquarũ abũdãtia. Si libeat credere/ ut ſub una ficu turmæ cõdant̃ equitũ. Multos ibi qna cubita cõſtat lõgitudine excedere. Nõ expuere/nõ capitis/nõ dẽtiũ/aut oculorũ ullo dolore affici/tã moderato ſolis uapore durari.

Plinius

In eā eſt mons Caucaſus ex eo latere quo ad
Plinius ſeptētrionē eſt contermina Scythiæ/ ut Plinius
Herodotus refert lib. vi. Hunc dixit Herodotus lib. hiſt. i.
eſſe oīum mōtiū altiſſimū: qui ab eois ſurgit lit
toribus. Deinde inter ægyptiū & pāphilicū pe
lagus obiectus/ ſeptentrioni dextero latere/ le
uo meridianę plagæ occurrit. Sed pro gentium
ac uarietate linguarum plurifariam nominaꝫ/
Apud indos Imaus: Apud Parthos paropany
ſus: inde Taurus. Vbi ī excellētiſſimā ſublimi
tatē conſurgit/ Caucaſus: aliiſq; noībus.

Infernus quē alii tartarū/ qui cōturbationē ſigni
ficat: quia illic oīa pturbata dicunꝫ: Alii ſtygē
quæ triſtitiā interpretaꝫ: Alii herebū & orcū di
cunt: locus eſt in medio terræ: eſſeq; eo tricies
centena ducēta & quadraginta q̄nq; milia ꝑdi
Plinius derūt. Plinius uero. li. ii. refert inuentam fuiſſe
epiſtolā in ſepulchro Dioniſyodori geometrę
peruenisſe eum a ſepulchro ad medium terræ
eſſeq; ad eum locum ſtadiorum. XLII. milia. In
ferorum imperium Plutoni Saturni filio datū
finxere poetę: cuius aſpectum terribilem dixe
runt. Vnde Statius.

Statius Forte ſedens media regni infelicis in arce
Dux herebi: populos poſcebat crimina uitę/
Nil hominū miſerans: iratuſq; oībus umbris

Virgilius ãt. vi. ænei. Apud inferos nocẽtũ ex Vigilius
plorare culpas dixit Rhadamantũ Iouis filiũ:
q fuit rex lycię/uir seuerus & iustitię executor.
Gnosius hęc Rhadamãtus hẽt durissima regna
Castigatq; auditq; dolos/subigitq; fateri
Quæ quis apud supos furto lętatus inani
Distulit in seram cõmissa piacula mortem.
Eodẽq; libro mala quę sũt ĩ inferno descripsit
his uerbis. Primisq; in faucibus orci
Luctus & ultrices posuere cubilia curę.
Pallẽtesq; habitant morbi: tristisq; senectus:
Et metus/& mala suada fames: ac turpis egestas.
Terribiles uisu formę/letumq; labosq;.
Tum cõsanguineus leti sopor: & mala mẽtis
Gaudia: mortiferumq; aduerso in limine bellũ
Ferreiq; heumenidũ talami/& discordia demẽs
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.
In hoc loco dãnant̃ q se uoluptatibus corpo
ris/rebusq; terrenis dediderũt/ac uitiorũ labi
bus inqnauerũt/ꝓ ĩde ab oĩpotẽti deo æterno
igne/uariisq; poenarũ generibus cruciantur.
Theologi uero inferna quatuor esse dixerunt
Vnũ in cẽtro terrę/ ĩ quo dãnati sẽsibilẽ poenã
patiũt̃/& gratia ac uisiõe diuina priuãt̃. Alterũ
sup hũc ẽe uoluerũt/ubi animę puerorũ/q ũdã
nõ ꝑcepere baptismi/carẽt gratia & diuina uisio

ne/ſed poenã ſenſibilẽ miníme patiuntur. Quẽ locũ puerorũ líbũ uocauerũt. Supꝑ hũc tertiũ po ſuere: ubi poenã animæ ſentiũt/ſed gratia diui na nõ priuantur: quod purgatoriũ appellant. Quartus omnibus ſupior/ in quo nulla extat pęna: & limbum ſanctorũ patrũ uocari malue rũt. In hũc ſolũ Chriſtũ deſcẽdiſſe/ & ſãctos pa tres ibi exiſtẽtes ab ĩferis adduxiſſe ꝓdiderũt.

Insubres populi fuerũt gallię ciſalpinę: quibus Cygnus Stelenei Regis filius primus oĩum im peraſſe dicit: qui ea in regione iuxta lacũ maio rem/quẽ Verbanũ appellãt/ Sepriũ oppidũ cõ didit. Hic aũt Cygnus poſt interitũ Phaetõtis quẽ ardẽter amabat/ ex longo ploratu ĩ cygnũ auẽ cãdidiſſimã/ ut poete finxerũt/ cõuerſus ẽ. Eius regionis ciuitates ſũt Mediolanũ/ Papia/ Lauda/ Nouaria/ Vercellę/ & Comũ: quã urbẽ ĩ cũbẽtes Rheti uaſtauerãt/ ut li. v. Strabo refert. Strabo Sed Põpeius Strabo Pompei Magni pater colo nos in ea reſtituit. Inde nouũ Comũ appellata eſt. In cuius agro larius ẽ lacus/ q amnẽ Ticinũ Larius lacus emittit/ ſicut Benacus in agro Veronenſi Min Benacus cium amnem eiicit.

Ionia regio eſt aſię minoris/ media inter Cariã & æoliã/ ab Ionio athenienſiũ duce cognoĩata/ q eã regionẽ ſubegit: uel ab Iano Iapheth filio/ ut

lib.i.antiqtatis iudeorũ Ioſephus auctor ẽ. In ea Miletũ urbs quõdã Ionię totius belli paciſq; artibus caput & princeps/ ut Põponius refert: Taletis aſtrologi patria/ & Thymothei muſici/ & Anaximandri phiſici/ & Piraci philoſophi/ aliorũq; ciuiũ inclytis ingeniis merito inclyta. Ibi Lamius mõs Endymionis a Luna/ ut ferũt/ adamati fabula nobilis. De quo. ii. ruſculanarũ ſcribit Cicero: cũ ſup Lamio mõte obdormiſſet a Luna deoſculatus ẽ. Vnde. Ouid. iii. de arte.

Lamius Endymion nõ eſt tibi luna pudori.

Sed Plinius li. ii. natural. hiſt. figmẽtum omne enodauit. Nã primus hoíum Endymion lunæ curſũ naturãq; deprehẽdit: & ob id amore eius captus fama tradiť. Ibi Prienis urbs/ Biãtis philoſophi patria. Ibi Epheſus urbs pręclara/ quæ Parrhaſiũ & Apellẽ pictores celeberrimos genuit. Et Clazomena urbs/ ex qua Anaxagoras phũs pręſtãtiſſimus originẽ duxit. Meãder fluuius nobiliſſimus inter ioniã & Cariã defluit.

Iſſa íſula ẽ in mari adriatico adiacẽs dalmatię/ ut li. ii. refer Ptolem. In qua ẽ ciuitas eiuſdẽ noís.

Iſauria regio eſt aſię minoris ſic dicta qa undiq; aurarũ flatibus pateat. Metropolim habet Seleuciam a Seleuco cõditam.

Iſrael regio eſt Aſię maioris Samariæ cõtermina

Ioſephus

Põponius

Endymiõ

Cicero

Ouidius

Plinius

Parrhaſius

Apelles

ptolemęus

Isidorus

ab Israel filio Ysaac sic cognoīata/ ut Isidorus refert li. viiii. Israelitę. n. prius hębręi uocati sūt. Patriarchā uero hebręorū fuisse Israel sacrę litterę tradunt. A quo. xii. Iudęorū tribus israelis uocabulū sortitæ sūt. Nā Iudęi primū hębræi siue Israelitæ nūcupabāt. Sed postq̄ ī duo regna populus hębręorū diuisus est: tunc duæ tribus quæ de stirpe Iuda reges habebāt: Iudęorū nomen sortitæ sunt. Reliquæ decē tribus pristinū Israelis nomen tenuerunt.

Isthmos ē ea pars terræ angusta/ quæ inter duo maria cōclusa iter ad Cherronesum porrigit/ de

Ouidius

quo Ouidius ī epistolis heroidum.

Aequora bina suis oppugnāt fluctibus isthmō
Et tenuis tellus audit utrunq; mare. Et Luca

Lucanus

nus in primo. Gracilis mare sepat isthmos.

Inter cæteros āt duo celebres describūt. Thra

Pōponius

cius sup quo ut Pōponius refert li. ii. & Plinius

Plinius

li. iiii. Cardia ciuitas fuit. Achaicus/ de quo Pōponius testat: hoc ideo isthmo cognomē esse qa quattuor miliū spatio ægęū mare ab ionio submouens/ angusto tramite helladi polopo nesū annectit. In eo ē oppidū Chencerea fanū Neptūni. Corīthus olim clara opibus/ nūc Romana colonia: ex sūma ipsius arce maria utraq; contuens.

Istria regio est italiæ illyrio cõtermina/ quæ i lati
tudine quadraginta milia passuum. In circuitu
cxxv. milia complectit/ a Formione nũc Tisano
fluuio ad fanaticũ sinũ/ quẽ nũc Carnarium ap
pellant/ in quo Arsia amnis decurrens Istriam
ab illyrio disterminat. Iustinus autẽ lib. xxxii. Iustinus
de Istria hæc scribit. Istriorum gentem fama est
originem a Colchis ducere/ missis ab Oeta Re
ge/ ad Argonautas raptoresq; filiæ persequen
dos: qui ut a ponto intrauerunt Istrum/ alueo
Sabii fluminis pẽnitus iuecti uestigia argonau
tarum insequentes/ naues suas humeris per iu
ga montium usq; ad littus adriatici maris tran
stulerunt: cognito q argonautę idem propter
longitudinẽ nauis priores feciss ent. Quos ut
aduectos Colchi nõ reperiũt: siue metu regis/
siue tedio longæ nauigationis/ iuxta Aquilegiã
cõsedere: Istriq; ex uocabulo amnis/ quo a ma
ri concesserant appellati. Vrbes eius clariores. lis
Iustinopolis/ quã Iustinus impator ędificauit. Iustinopo
Pauli Vergerii patria iurisconsulti & philosophi Paul. Verg
præstãtissimi/ ac inter primos oratores eloquẽ
tissimi. Insula oppidum distans a Iustinopoli
quinq; milia passus. Et post tandũdẽ Piranũ op Piranum
pidum nobile. Deide Humagum oppidum: a Humagũ
quo quinq; milia passus abest Hemonia/ quæ Hemonia

nunc ciuitas noua appellatur. Prope eam Nauporti ſunt hoſtia fluminiſ quieti nũc appellati/ inter Hemoniã alpeſq; exoriẽtis: in quẽ Argo
Plinius nauim traduntfuiſſe demiſſam. Nã ut Plinius refert li. iii. Argo nauis flumine in mare adriaticũ deſcendit: nec procul Tergeſte. Nec iam cõſtat quo flumine. Humeris trauectã alpes diligẽtiores tradũt. Subiiſſe aũt Iſtro: dein Sao. Deinde in Nauporto: cui ex ea cauſa nomen ẽ. De quo
Strabo Strabo libr. v. Neq; uero omittẽdũ uideꝛ q; quidam ſcriptores ꝓ uero tradũt/ Argonautas per Iſtrum nauigãtes/ atq; ad eius fontes delatos/ poſtea ad ſinũ adriaticũ perueniſſe. Poſt Nauportũ prima eſt Parentiũ ciuitas uetuſta. Dein
Parentium de Ruuignũ oppidũ. Poſt illud urbs Pola/ Ro
Pola mana colonia/ a Colchis ut Strabo refert/ cõdi
Strabo ta iſtriæ ac italiæ urbiũ poſtrema. Hæc regio optimi uini ferax/ oleo ac fructibus omis generis
Sdrigna abundat. Stridon oppidũ nũc Sdrigna uocatũ in agro iuſtinopolitano ſitũ eſt. A quo glorioſiſſimus eccleſiæ Dei doctor Hieronymus originẽ duxit: ut tantũ uirũ cõſtet/ nõ alienigenã/ ſed ĩ italiã natũ fuiſſe: quod uerba ſua de ſeipſo ſcripta in libro de uiris illuſtribus certiſſimũ
.S. efficiũt. Hieronymus præſbiter patre natus Eu
Hierõymuſ ſebio ex oppido Stridonis/ qđ a gothis euerſũ

dalmatię quōdā pānonięq; cōfiniū fuit. Siqui uero ptinaces contenderint beatū Hieronymū ideo illyricū fuisse: q eius gētis idiomate usus sit: respōdemus illis. Maiorē atq; nobiliorē Italię esse partē calabryā q̄ sit Istria: qua ī regione semp uiguit & nunc quoq; uiget greçæ linguę usus. Pari modo apd Vicētiā & Veronā pręclaras elegātissimasq; moribus italię urbes/ multi fūt uici/ multa oppida/ quorū incolæ theutonica frequētius q̄ itala locutione utuntur.

Ithaca insula est ante Epirū sita/ Vlixis dominio illustris. In qua est ciuitas eiusdē nois/ ut li. iii. refert Ptolemęus. Est & mons Neritos/ a quo tota insula nōnunq̄ Neritos appellata fuit. Vnde Virgilius. iii. ęnei. Neritos ardua saxis. Ptolemęus

ITALIA prouincia est europę/ & oīum totius orbis celeberrima/ numine diuino electa/ quæ orbem ipsum clariorem faceret/ sparsa cōgregaret impia/ rituq; molliret/ humanitatē mortalibus daret/ cūctarūq; gētiū patria fieret. Ibi locorū salubritas/ accęli tēperies/ ubertas soli/ aprica colliū/ opaca nemorū/ tā munifica siluarū genera/ inoxii saltus: tanta frugū/ uitiū/ olearumq;/ fertilitas: amicti uitibus montes: atq; ut ueteres dixere/ sūmū Liberi patris cum Cerere certamen. Hic falerni/ massici/ gaurani/ surētiniq; montes Laudes Italię

uinetis atq; fructetis amoeniſſimi. Hic bellato
res eq; nobilia pecori uellera/ tam opima tauris
colla/ tot ãnes/ lacus tanti/ tot maria/ ac nobiles
portus/ oræq; patẽtibus terrarũ gremiis cõmer
tio orbis accommodatæ. Ad hæc auri & argẽti
oĩumq; metallorũ uenę fertiliſſimę. Tot calidi
fontes diuerſis ægritudinibus remediũ ſaluta
re præſtãtes. Tot urbes egregiæ. Tam clarum
decus ueterũ oppidorũ: quę primum greci/ po
ſtremo uictores Romani cõdiderunt. Neq; uir
tute moribuſq; excellẽtes uiros commemoro/
aut ingenio & armis ſupatas gentes. Ipſi ea de
re iudicauere græci/ galli/ poeni/ atq; hiſpani to
tiens uicti ac pęnitus ſubacti. Quas ob res
Omnibus in terris quæ ſunt a gadibus uſque
Auroram & gangem/ Italia ęquo iure pręferen
da eſt. Nã ſi priſcos in illa reges cõmemores/ il
Saturnus luſtrata eſt Saturno/ Ianoq; regibus. Quorum
Ianus alter Vir ſũmę iuſtitiæ fuit/ alter pater & deorũ
deus appellatus eſt. Quẽ ob magnitudinẽ ſa
pientiæ bifrontẽ eſſe dixerũt. In re militari ſem
per adeo prępotens Italia fuit/ ut nullo unq̃ tẽ
pore ſine ſplẽdido imperio extiterit. Hæc pro
temporũ diuerſitate uariũ quoq; ſortita ẽ no
Heſperia men. Nã prius quidẽ dicta eſt Heſperia ab He
ſpero Atlantis fratre/ uel ut Macrobio placet/

ab heſpero ſtella q̃ occaſui ſubiecta ſit. Dehĩc
Oenotria dicta fuit ab Oenotro Sabinorũ Re Oenotria
ge. Poſt italia ab Italo Siculorũ Rege. Vnde Vir Italia
gilius primo ęneidos. Virgilius

Eſt locuſ/ heſperiam graii cognoĩe dicũt.
Terra antiqua: potẽs armis/ atq; ubere glebę.
Oenotrii coluere uiri. nunc fama minores
Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem.

Eſt & italiæ pars latiũ/ ſic dictũ a Latino Rege/ Latium
ut Varroni placet: uel a latendo/ ut Virgilius
viiii. ęnei. ſcribit/ cũ Euandrum Aneę loquen
tem induceret.

Primus ab ęthereo uenit ſaturnus olympo/
Arma iouis fugiens/ & regnis exul ademptis.
Is genus indocile/ & diſperſum mõtibus altis
Compoſuit/ legeſq; dedit/ latiumq; uocari
Maluit: his quoniã latuiſſet tutus in oris.

Idẽ ſenſit Ouidius lib. faſtorũ primo Ouidius
Dicta quoq; eſt latiũ terra latente deo.

Rurſũ hæc oĩs ora nõnunq̃ Auſonia dicta fuit
ab Auſonio Vlixis filio. Vnde Virg. viii. æne.

Tum manus auſoniæ & gentes uenere ſicanæ.
Sępius & nomẽ poſuit ſaturnia tellus.

Iuſtinus aũt ſcribit Italiæ cultores primos Abo Iuſtinus
rigines fuiſſe: quorum Rex Saturnus uir ſũmę
iuſtitię fuit: unde italia Regis nomĩe Saturnia Saturnia

appellata fuit. Est autē querno folio assimilis:
Situs italiæ proceritate amplior q̄ latitudine: quæ mari gemino maxima parte clauditur. Ab oriente enī adriatico siue supero. A meridie atque occasu tyrrheno siue infero in modū peninsulæ cingitur. Ad septentrionem uero mōtes habet cōtinuos: qui inter utrunq; mare extensi mirabili altitudine a mediterranea regione illam cōmuniunt. Hi montes lingua gallica alpes uocantur/ quasi albæ: quia ꝑpetuis fere niuibus albescūt. Apeninus aūt mons paulo supra inferum mare ab alpibus oritur: qui per mediam fere italiam in Siculum fretum discurrit usq; ad oppidum Rhegiū. In ultimo sui ī duo cornua scinditur: quorū alterum ionium spectat mare: alterum Siculum. In medio sinus Tarentinus. Ea
Magna grę cia quondam ora magna græcia nuncupata fuit.
Padus flu. Planiciem uero inter apeninum & alpes positā secat padus fluuius italiæ celeberrimus/ ingenti aquarum multitudine ī adriaticum mare decurrens. Verum italiæ lōgitudo ab alpino fine
Italię Lōgitudo prętorię augustæ per urbem Capuam ad oppidum Rhegium/ ut Plinius tradit/ decies centena & uiginti milia passuum colligit. Latitudo
Latitudo eius a Varo ad Arsiam quadringenta .x. Vni
Circuitus uersę aūt ambitus tricies cētena . lviii. milia cō

plectitur. Vmbílicum eius in agro eſſe reatino Varro auctor eſt. Vmbelicus Italiæ agrum Reatinum

Italia/ut ferũt/in ſex & decem regiones ſine in ſulis eſt diuiſa. Suntq; Liguria/Etruria/Latium Campania/nunc terra leboris. Lucania/nũc prĩ cipatus. Brucii. Calabrya/Iapygia ſiue Daunia nũc Apulia. Samniũ/ nunc Aprutiũ. Picenum/ nunc Marchia anconitana. Flaminia & Emilia/ nunc Romandiola. Vmbria/nũc ducatus ſpo letanus. Gallia ciſalpina/nunc Lombardia. Ve netia. nũc Marchia taruiſana. Iapidia & Carnia nunc Forumiulium. Iſtria. Italię ciuitates inſi gnes. In latio urbs Roma terrarum caput. In cã pania Neapolis. In etruria Florentia. In gallia ciſalpina Mediolanũ. In liguria Genua. In Ve netia urbs Venetiarum. *in romandiola Bononia* Ciuitates ĩ ſignes

Hæc eſt italia Diis ſacra/quæ teſte Plinio li. iii. L. Aemilio Paulo. C. Statilio Regulo conſulĩ bus/nuntiato gallico tumultu/ſola ſine exter nis ullis auxiliis atq; etiã ſine traſpadanis/equi tum octoginta milia: peditum ſeptingenta mi lia armauit. Equites *80000* Pedites *700000*

Iudęa ꝓuícia eſt aſię/quę ab oriente atq; meridie Arabia terminat̃: a ſeptẽtriõe Syria. Hãc Ptole męus paleſtinã ſyrię appellat: ĩ q̃ ẽ galilea/Idu męa/Phoenice/Iordanis fluuius/ Cæſarea ſtra Ptolemęus

tonis. Appolonia/ Ioppa/ Azotus/ Ascalõ/ La
cus asphaltides/ Lacus thiberiadis/ Gaza/ Ema
us/ Engada/ Samaria/ Mõs libanus/ Pentapolis
quę igne consũpta ẽ/ & hierosolima clarissima
urbiũ oriẽtis/ ut Plinius tradit. In hierosolima
est mons Syon qui specula ĩterpretaf. Erat.n.
in sũmitate eius arx cõstructa ad defensionẽ ci
uitatis/ quę de lõge ueniẽtes facile cernebat. Vt
Iustinus aũt Iustinus refert li. xxxvi. Iudęorũ uires tãtę
fuere: ut post Demetriũ nullũ macedonũ regẽ
tulerĩt/ domesticisq; ĩperiis usi Syriam magnis
bellis infestauerint. Nanq; iudęis origo dama
scena: quæ Syrię nobilissima ciuitas est. Mos
fuit apud Iudęos: ut eosdẽ & reges & sacerdo
tes haberẽt/ quorũ iustitia religione ꝑmixta/ in
credibile quãtũ coaluere. Opes gẽti ex uectiga
Balsamus libus opobalsami creuere/ quod in his tãtũ re
gionibus gignif. Est nãq; uallis: quæ cõtinuis
mõtibus uelut muro quodã ĩstar hortorũ clau
dif. Spatiũ loci ducenta milia iugera: nomi ne
Hierico Hierico dicif. In ea silua ẽ & ubertate & amoe
nitate ĩsignis. Siqdẽ palmeto & opobalsamo
distinguif. Et arbores opobalsami formã simi
lẽ pyceis arboribus habẽt: nisi ꝙ sunt humiles
magis/ & in uinearum more excolũtur. In ea re
gione lacus est/ qui propter magnitudinem &

aquæ ĩmobilitatẽ/ mortuũ mare dicĩt: nec materiã ullã ſuſtinet: niſi quę alumine illuſtratur. Iudęa teſte Solino/illuſtris eſt aquis. Iordanis amnis eximię ſuauitatis/Panea de fõte demiſſus regiones prętterfluit amoeniſſimas. Vt aũt ſcribit Diuus Hieronimus ſup Matheũ Iordanis fluuius ad radices oriĩt libani: duobusq; fõtibus ſurgit. Alteri nomẽ ior: alteri dan: qui ſimul iũcti iordanis nomen efficiũt. Lacus thiberiadis omnibus anteponiĩt: ad ſanitatẽ uſu efficaci. In hac tantũ balſamus naſciĩt. Similes uitibus ſtirpes habẽt/malleolis digeruntur/ aquis gaudẽt/ amant ãputari. Iudęa ex nomine Iudę appellata eſt: ut Iſidoro placet: hec ẽ paleſtinæ regio quæ prius Canaam dicta eſt: a filio Chã Terra eſt opum diues: frugibus fertiliſ: opima balſamiſ. Vnde ob ſingularẽ aeris tẽperiẽ et elemẽtorũ gratiã exiſtimauerũt iudęi eã ꝓmiſſã patribus tẽrrã lacte & melle fluẽtem. In ea Solomõ regnauit annis quadragĩta/uir oĩum ſapiẽtiſſimus/qui tẽplũ toto orbe celeberrimũ hieroſolimis extruxit ex lapide albo & polito mirifica arte cõſtructũ/ interius exteriuſq; laminis aureis ornatum: cuius pauimẽtũ pretioſo marmore ſtemi fecit. Altare quoq; æneũ longitudinis cubitorũ. xx. in eo erexit. Vaſaq; oĩa ad di

Iordanis fl.

Lacus thiberiadis

Balſamus

Iſidorus

Solomon

uinũ cultũ ſpectantia aurea eſſe uoluit. Longi
tudinẽ templi ſexaginta cubitorũ prodiderũt
Latitudinẽ. xx. Altitudinẽ. c. xx. in quo archã
domini & tabulas duas teſtamẽti: umãq; man
na plenã & uirgã Aaron ſũma cũ ueneratione/
ígẽtiq; hoſtiarũ pompa/ omni populo aſtante
collocauit. Regiã quoq; ſibi & quidẽ ſupbiſſi
mã prope tẽplũ ędificauit/ aliisq; ínumeris ędi
ficiis tam publicis q̃ priuatis urbẽ ipſam exor
Veſpaſia nauit/ quam poſtea romani príncipes Veſpaſi
nus anus & Titus penitus euerterunt. Et ut Ioſe
Ioſephus phus refert: centũ milia captiuorũ uendita fue
runt: & undecies centena milia fame & gladio
perierunt. Vt aũt tanta multitudo hieroſolimę
reperiretur/ cauſa azimorum fuiſſe refert. Nam
ex omni iudęa ad eam urbem confluxerunt.

L

LACONIA regio ẽ in peloponẽſo/ quæ
Statius & Oebalia dicta fuit. Vnde Statius in
Achilleide.

Soluerat oebalio claſſem de littore paſtor.

Dardanus. In ea fuit Amicla ciuitas · Caſtoris
& pollucis patria. Ibi Eurotas fluuius qui ur
bem lacędęmona prętерfluit/ cuius ripę lauro
abũdant/ ideo illum poetæ Apollini ſacratum

dixere: de quo Virgilius ſ Sileno Virgilius
Oſa quæ phoebo quondam meditante beatus
Audiit eurotas iuſſitq; ediſcere lauros.
Fuit aũt lacedęmonia ſiue lacedęmon urbs la
conię a Lacedęmone Iouis filio condita. Hęc
eadẽ alio noie Sparta nũcupaẽ: Ipſa autẽ regio
nõnunq̃ lacedęmonia dicta fuit.

Lapitę fuerũt in theſſalia alpeſtres populi/ q̃ bel
la cũ centauris geſſere. De q̃bus Virgi. ii. geor. Virgilius
Et magno ileum lapitis cratere minãtem.

Larodii populi fuerũt in ſcythia aſiæ/ ut lib. iiii.
ſcribit Herodotus. Herodotus

Latium regio eſt clariſſima italię: cuius fines ab
hoſtiis Tyberinis ad ſitanum ſinum. Eſt enĩ
media ĩter Etruriam & Cãpaniam nobiliſſimis
populis & ciuitatibus ornata. Eſt autẽ glorio
ſum hominum genus/ ut Dionyſio placet/ ſo Dionyſius
liq; ubertate ac ingeniorum excellentia foecũ
dum. Q̃ua in regione per mediũ decurrens ty
beris a propinquo tadẽ mari placidiſſimo ſinu
apud hoſtiam excipitur. Fluuius quidem cæ
terorum omnium princeps & imperator/ qui
clariſſimam illam & præpotentem interſecat
Romam noſtrorum regum domicilium atque Roma
omnium aliarum regionum caput a Romulo
condita anno mundi. IIII. M. CCCC. XXXX.

ut Euſebius de tẽporibus refert/xii. M. paſſuũ mari ꝓxima. Cuius olim magnitudinẽ ac tecto rum altitudinẽ ſiqs ꝑcenſeat/nullius urbis am plitudinẽ in toto orbe potuiſſe ei cõparari fate biť. Iam uero florẽtiſſimas opes/maximũ nobi litatis numerũ/ampliſſimã ſenatus maieſtatẽ/ nauiũ multitudinẽ/tot ĩſtructas parataſq; claſ ſes/ingentes exercitus/res terra mariq; geſtas/ prẽlia/uictorias & triũphos quo tãdem narrari debet ope? Ita. n. late ꝑ orbẽ terrarũ arma circũ tulit: ut qui res eius legũt/ non unius populi/ ſed generis humani facta diſcant. Hẽc eſt quæ genuit Fabios/Scipiones/Metellos/ Lucullos/ Sillã/Mariũ/Marcellũ/Põpeiũ/& ipſum deniq; Cęſar Cæſarẽ/cuius ĩ re militari uirtus & gloria ad cẽ lũ uſq; ꝑfloruit. Hẽc illa urbs ẽ/quẽ tot excellẽ tes ingenio uiros edidit: quales Varronẽ/Tul liũ. Catonẽ/Saluſtiũ/Hortenſium/Graccũ/ M. Antoniũ/& cæteros quos enumerare/ĩfiniti pe ne laboris eſſet. Hæc tãdẽ illa ẽ/quæ ꝑdomito orbe terrarũ ad id ſũmi culminis faſtigiũ ꝑue nit: ut oĩum populorũ regna/ oĩum gentiũ im peria magnitudine/potentia/uirtute: gloria ſu perauerit. In ea quoq; regione ẽ Ardea ciuitas Ardea a Dane Perſei matre cõdita/quæ Leonẽ ſecũdũ Romanũ põt. genuit. Terracina antea Trachi

na ideſt aſpera uocata. Cui obiecta palus ingẽs
ẽ/ut li. v. Strabo auctor ẽ/mari adiũgiť. Funda Strabo
na ciuitas decimo a Terracina miliario diſtat.
Sothero põtifice Romano ornata. Caieta urbs Caieta
a nutrice Aeneę dicta/ſicut Virgilius ſexti prin Virgilius
cipio cecinit.

Tu quoq; littoribus noſtris æneia nutrix
Aeternã moriẽs fama caieta dediſti. Eſt ãt urbs
portu arceq; munitiſſima/uitibus/citris/ malis
aureis amęniſſima. Velitre ciuitas uetuſta. xx
ab urbe miliario diſtãs. A qua Cęſaris Auguſti
pgenitores originẽ duxerũt: qntoq; ab ea mi
liario eſt uetuſtiſſimi nois oppidũ Chora/ab
uno triũ fratrũ conditũ: quorũ alter Tibur ædi
ficauit: alter Catillo cognomẽ dedit. Vnde Vir
gilius in vii.

Tum gemini fratres tiburtia moenia linquũt
Fratris tiburti/dictam cognomine gentem
Catilluſq; acerq; Choras/argiua iuuentus.

Preneſte urbs a græcis condita/quæ ut Strabo Preneſte
refert li. v. habuit Fortunæ tẽplũ illuſtre/ unde Strabo
certa edebãť oracula. Eſt ãt ſita i mõtana regio
ne. Tuſculũ ciuitas olim egregiis ornamẽtis i Tuſculum
ſignis. Eã uineta coronant/ tectaq; magnifica.
Teanũ quod Sidicinũ uocãt: maxima quõdã Terracina
inter latinas urbes. Calenũ urbs imprimis exi ãxur dicta

mia. Setia urbs uetuſta/ arduo in colle ſita/ pre
Plinius tioſiſſimi uini ferax. Nã ut Plinius refert libro
xiiii. diuus Auguſtus uinũ ſetinũ prętulit cũc
tis. Priuernũ ciuitas olim inſignis: cuius alũna
Camilla fuit Camilla uirgo. Alba ciuitas .xvi. ab urbe
lapide/ trecẽtis annis ante Romã ab Aſcanio
cõdita. De qua Virgilius ĩ. viii.
Aſcanius clari cõdet cognominis albã. Anania
ciuitas ĩ hernicis uetuſtiſſima/ de q̃ Virgilius.
Virgilius Hernica ſaxa colũt/ quos diues anania paſcit.
Ea urbſ Innocẽtio. iii. & Bonifacio. viii. ciuibuſ
decorat̃. Tibur ciuitas multo ante Romam a
Sibylla græcis cõdita. Vnde decima Sibylla dicta tibur
tina originẽ duxit: cuius conſilio ut multi ꝑdi
Auguſtuſ derũt: Cæſar Auguſtus Chriſtum adorauit. In
eius libris ſcriptũ inuenit̃. Naſcet̃ Chriſtus ĩ be
thleẽ/ & annũtiabit̃ ĩ Nazareth. Ofęlix illa ma
ter/ cuius ubera illũ lactabũt. In agro tiburtino
Strabo ut Strabo refert li. v. mira ẽ fructuũ abundãtia:
præter lapidis effoſſiones/ q̃ tiburtinus dicit̃.
Quinquagintatres populos in hac regione in
teriiſſe Plinius auctor eſt. In ea Circeus mons/
& Põtina palus. Fuerũt Marſi populi/ & Maru
bia urbs. Fuerũt Amiclæ/ q̃ a ſerpentibus deleti
ſunt. Auſones populi a q̃bus mare auſonium.
Phormiæ urbs amoeniſſimi ſitus: ĩ qua Cicero

phormianã habuit uillã/& cõplures aliæ/quæ nunc dirutæ iacent.

Lauce ísula est í põto/boristenis hostio obiecta. Et qbi Achilles situs est/achillea cognoíata :

Leleges populi sũt í grẹcia/ quos alio noíe thesſalos uocant/qui cẹteris græciẹ populis olim præstare uidebanť. Herodotus uero lib. hist. i. hos dixit maritimos fuisse populos/q postea Cares appellati sunt. Herodotus

Palmirena regio eſt Syrię ut libr. v. ſcribit Ptolemęus/quę multas habet ciuitates: quarum metropolis eſt palmira urbs nobilis ſitu/ diuitiis/ ſolo/& aquis amoenis/uaſto undiq; ãbitu: in qua regnauit Zenobia fęmina clariſſima/ quæ a Ptolemęis ęgyptiorũ regibus duxit originẽ/ gręcis ac latinis litteris doctiſſime erudita/ uirtute pudicitię/ac rei bellicæ gloria iſignis: quæ poſt Saporẽ Regẽ perſarũ Meſopotamia fugatũ atq; deuictũ/ poſt multas uictorias & triumphos/tãdẽ ab Aureliano Auguſto cũ duobus filiis capta/Romã intriũphũ ducta eſt. Vt autẽ ſcribit Euſebius de tẽporibus: Zenobia haud longe ab Antiochia uinciť: quæ occiſo Odenato marito/oriẽtis tenebat impiũ. Aureliani Romæ triumphãtis Zenobia currũ pręceſſit. Quę in urbe ſũmo honore cõſenuit: a qua zenobia familia nuncupatur. Ptolemęus Regina Euſebius

Pamphiliã regio eſt minoris aſię/Cilicię cõterminа: a qua mare illi adiacens pãphilicũ noĩatur. In ea teſte Põponio eſt Melas nauigabilis fluuius: oppidũ Sida/& alter fluuius Eurymedõ Põponius

apud quẽ Cymonis atheniẽsiũ ducis aduersus phoenicas & persas naualis pugna atq; victoria fuit. Est Perga oppidũ & templum Dianę/ quam ab oppido pergeam uocant.

Panchaia regiũcula ẽ sabeę í arabia/ quæ tota arenosa est: & í qua arbores spõte natę thura emittunt. De qua Virgilius in. ii. geor. (Virgilius)

Totaq; thuriferis panchaia pinguis arenis.

Panchai populi fuerunt teste Põponio deserta Sabeę habitãtes. Et quia serpẽtibus uescuntur ophiophagos uocant. (Põponius)

Pannonia ꝓuincia est europæ/ ut li. ii. scribit Ptolemęus. Et ẽ duplex/ supior & inferior. Superior ab occasu limites habet mõtem Cetiũ: qui medius est inter Noricũ & ipsã pãnoniã. Ab ortu habet pãnoniã inferiorẽ/ cui iuncta est. Inferior ab ortu & septẽtrione Danubio cingit̃. Nostra ętas ungaros uocat. In ea/ teste Plinio/ colonię Mona/ Siscia/. Amnes clari & nauigabiles í Danubiũ fluunt Drauus & Sauus. Populorũ capita. Serretes/ Serapilli/ Iasi/ Sandrizetes/ Colapiani/ Breuci. (Ptolemęus) (Plinio)

Pandana & Pontia insulæ sunt in sinu Caietano inter se paruin distantes/ sed a cõtinenti ducentis quinnquagita stadiis. Quas Strabo dixit paruas esse sed pulchre habitatas. (Strabo)

P andataria insula est in mari tyrreno: ut libro se
cundo refert Ptolemęus. ptolemęus
P andorę gens ē in conuallibus indię: ut Plinius plinius
refert libro. vii. annos ducētos uiuens/ ī iuuēta
cādido capillo: qui in senectute nigrescat.
P hanesii populi sunt in quibusdam insulis ocea
ni septentrionalis: quorū aures/ teste Solino: in Solinus
effusā adeo magnitudinē dilatātur: ut reliqua
uiscerum illis contegant.
P aphlagonia regio est minoris Asiæ: quæ ut So
linus scribit: Cytoro monte cōsurgit: porrecto
in spatium trium & sexaginta milium/ insignis
loco Eneto/ a quo ut Cornelius nepos phibet
paphlagones in italiam transuecti/ mox Vene Veneti
ti sunt nominati. Plurimas in ea regione urbes
sii condiderunt. Eupatoriam Mitridates/ quæ
subacta a pompeio/ Pompeiopolis dicta ē. Cy
torus autem mons buxo est fertilis/ quæ uēto
mota ęstus imitatur undarum. De qua Virgi Virgilius
lius secundo georgicorum.
Et iuuat undantē buxo spectare cytoron.
P arabos insula est parua contra Phoenicem. Et
teste Pomponio/ quantū patet/ tota oppidum Pōponius
frequens.
P Aradisus locus est in oriente/ longo tractu ma
ris distans a continente/ ut Isidorus libr. xiiii. Isidorus

Ioſephus ethymologiarū refert/ & Ioſephus libro primo antiqtatū iudęorū. Quem græci hortū dicūt/ Auguſtinus omni germinatione florētē. Et ut Auguſtinus in dyalogo ad Oroſiū ſcribit/ paradiſus ī oriē te ſitus eſt/ interiecto oceano & a noſtro orbe lōge remotus/ī altiſſimo loco cōſtitutus/ ptin gens uſq; ad lunarem circulū. Vnde illuc aqua diluuii minime peruenisſe dicitur. Eſt aūt ſub Nicolaus ęquinoctiali circulo cōſtitutus. ut Nicolauſ de de lira lira ſuper geneſim ſcribit/ omniq; genere ligni fructiferi cōſituſ ē. Non ibi frigus/nō ęſtas/ſed perpetua aeris tēperies. In hoc etiā ut idē Ioſe Ioſephus phus refert/ eſt & uitæ plātatio/ & alia prudētię qua cognoſceret quid eſſet bonū/quid ue malum. Rigat uero hortus ab uno flumine circa omnem terram undiq; pfluente/ & in quatuor Phiſon diuiditur partes. Phiſon nomen eſt uni nunc ganges eductus in indiam/ qui in pelago late Eufrates diffunditur. Alteri nomen Eufrates. Tertio ti Tigris gris/qui in mare rubrum feruntur. Quartus ē Geon: qui per æthiopiā/ ægyptumq; decurrēs Nilus a græcis Nilus appellatur. Hic locus poſt pec catum primi hominis intercluſus eſt/ nec ulli animantiū datur aditus illuc comeādi. Adam igitur primus homo ipſa die qua creatus eſt/ circa horam nonam de paradiſo eiectus eſt.

Parrhasia regio ẽ in pelopõneso: quę nũc Archa
dia dicitur. Vnde parrhasium pro Archadico
dicimus. Virgilius. Virgilius
Parrhasio dictum panos de mõte lycei.
Et Ouidius. ii. de fastis. Ouidius
Altaq; trozene parrhasięq; niues.
Ea regio patria fuit Lycaonis Archadiæ regis
Tirani & terrę filii: ut poetę loquũtur. In ea est
mõs Lyceus: í quo bicornis Fauni tẽplũ fuerat Lyceus mõs
a quo lycea ludrica illi sacrata: a nobis luperca
lia dicta sũt: testãte Ouidio libro fastorum .ii. Ouidius
Quis uetat archadico dictos a mõte lupercos
Faunus in Archadia templa lyceus habet.
Fiebãt autẽ nephastis diebus mensis februarii:
quẽ piacularem dixerunt. Vnde Ouidius. Ouidius
Februa romani dixere piacula patres. Et subdit
Tertia post idus nudos aurora lupercos.
Aspicit/ & fauni sacra bicornis eunt.
Dicitur aũt bicornis Faunus/ hoc est Pan deus
naturę/ quia habet cornua in radiorum solis &
cornuũ Lunę similitudinẽ. Fuit ẽt parrhasius. Parrhasius
teste Plinio li. xxxv. pictor celeberrimus Ephe pictor
si natus/ qui primus symmetria picturæ dedit/
primus argutias/ uultus elegãtiã/ capillorũ arti
ficiũ cõperit. Idẽ descẽdisse cũ Zeusi de pictore Zeusis
í certamine tradit. Et cũ Zeusis detulisset Vuas

pictas tãto ſucceſſu: ut in ſcenã aues aduolarẽt: ipſe detulit linteũ auibuſ pictum: ita ueritatẽ re preſẽtatiſ: ut Zeuſis palmã parrhaſio cõcederet.

Paropaniſades ꝓuincia eſt Aſię: ut lib. vi. ſcribit Ptolemęus: quæ ab oriẽte parte Indię: ab occaſu Aria terminat̃: a meridie Arachoſia. Eius inſignes ciuitates ſũt Naulibis & Carura.

Paros inſula eſt una ex cycladibus/ marmore nobilis/ qđ cãdidiſſimum gignit. Vnde Virgilius iii. ęne. Niueãq; paron. Et Ouidius in. iii. meta. Hęret ut e pario formatum marmore ſignum. Hęc prius Minoia dicta eſt/ ut Solino placet. Nam ſublata a Minoe/ quoad ĩ creticis manſit legibus/ Minoiam uocabant. Pręter marmora dat & ſardum lapidem/ qui inter gemmas uiliſſimus dicitur.

Pharos fuit olim parua inſula contra Nili hoſtia palmis abundans/ ab nauclero Menelai/ cui id nomen erat/ ſic cognominata/ quę poſtea/ teſte Pomponio/ Alexandrię quæ illi appoſita iacet ponte coniungitur. Olim/ ut Homerico carmine ꝓditũ eſt/ ab eiſdẽ oris curſu diei abducta. Vnde & Lucanus in x. pharos ĩſula quõdã.

In medio ſtetit illa mari ſub tempore uatis
Protheos. at nũc eſt pelleis proxima terris.

In ea ut ſcribit plinius li. xxxvi. maxima turris

fuit/nauigantibus lumen exhibens/a Philodel pho rege cõſtructa/quæ iter ſpectacula mũdi cõnumeraẽ. Nã ſup q̃tuor cãcris uitreis locata fuit. Alii ab Alexandro Magno conſtructam tradiderunt

Paria ĩſula ẽ ĩ mari adriatico/adiacẽs dalmatię/ ut li. ii. refert Ptolemęus/ĩ qua ẽ ciuitas eiuſdẽ nominis.

Pharſalia ꝓuincia ẽ europæ/ a Pharſalo duce no mẽ ſortita: quæ regio ſępe nomẽ a uariis prĩci pibus mutauit. Nã ab æmathio æmathia dicta ẽ. Teſſalia a Teſſalo. Macedonia a Macedone. Poſtremo a Philippo Rege cãpi philippici ap pellati ſunt. De ea in Macedonia & Teſſalia la tius ſcripſimus.

parthia ꝓuĩcia ẽ aſię/quæ ab ortu hẽt Arios: a me ridie Carmaniã: ab occaſu Medos: a ſeptẽtrio ne Hyrcanos ut. lib. vi. plinius refert. Parthorũ regna duodeuiginti ſunt omnia circa duo ma ria/rubrum a meridie/hyrcanũ a ſeptentrione. Fuerũt autẽ exules ſcytharum/ut Iuſtinus ſcrĩ bit libr. xli. Nam ſcythico ſermone parthi exu les dicuntur. Omnes equitare & ſagittas emit tere magna ĩduſtria liberos docẽt. Pugnas ad mirabili ardore ineũt/ſed diu pugnare nõ ualẽ tes ĩ ipſo ardore certaminis prędia deſerunt/ac

poſt pugnam ex fuga repetunt: & cū maxime uiciſſe te putes: tunc tibi diſcrimen ſubeundū

Virgilius ſit. De quibus Virgilius. iii. geor.

Fidentēq; fuga parthū uerſiſq; ſagittis.
Cominus in acie p̨eliari neſciūt: obſeſſaſq; ex pugnare urbes. Pugnāt aūt p̨currentibus eq̨s/ aut terga dātibus/ ſ̨pe etiā fugā ſimulāt: ut in

Lucanus cautiores inſequētes hēant: dicēte Lucano.

Pugna leuis/ bellūq; fugax/ turm̨eq; uagātes/
Et melior ceſſiſſe loco q̄ pellere miles.
Illita terra dolis. nec martē cominus unq̄
Auſa pati uirtus! ſed lōge tendere neruos
Et quæcūq; uelint p̨mittere uulnera uētis.

Iuſtinus Apud illos/ ut idē Iuſtinus ſcribit auri argētiq; nullus niſi ī armis uſus. Vxores ſinguli plures habent: nec ulla delicta adulterio grauius uindicant. Quā ob rem foeminis nō conuiuia tantum uirorū! uerū etiā conſpectum interdicūt. Carne nō niſi uenatibus que̊ſita ueſcūt. Equis

Parthorū mores omni tempore uectant: illis bella/ illis cōuiuia illis publica ac priuata officia obeūt. Sepultura uulgo aut auium aut canū laniatus eſt. Nuda demū oſſa terra obruūtur. Natura taciti. Ad fā ciendum q̄ ad dicendū promptiores. Proinde ſecūda aduerſaq; ſilentio tegunt. Principibus metu non pudore parēt. In libidine proiecti.

In cibum parci. Fides dictis promiſſiſq; nulla: niſi quatenus expedit. A Romanis tribus bellis p maximos duces laceſſiti/ ſoli ex omibus gentibus nõ ſolũ pares/ uerũ etiã uictores fuere. Oppida ſignia parthorũ. Ab occaſu Iſſatis/ & Calliope. Ab oriẽte æſtiuo Pyropum. Ab hyberno Mania: in medio hecatompylos. Arſace regio. Niſea. Parthiene nobiles. & Alexandropolys a conditore dicta/ ut li. vi. plinius refert. plinius

Paruſi populi fuerũt in aphrica uerſus oceanũ occidentalẽ: qui/ ut lib. iii. põponius ſcribit/ ali quãdo tẽdẽte ad heſperidas hercule dites fuerunt: nũc inculti. Et niſi q̃ pecore alunt̃/ admodũ ĩopes. Hic iã lętiores agri amoeniq; ſaltus. Põponius

Pathmos inſula ẽ in mari ægęo/ quę teſte plinio libr. iiii. patet circuitu. xxx. milibus paſſuũ. In ea Ioannes apoſtolus ſcripſit Apocalypſim: q liber a noſtris reuelatio dici poteſt. plinius

Patrimoniũ ſancti petri regio eſt thuſcię: quã in maritimis inchoare tradunt. In ea Soana oppidũ/ Sancta Flora/ Aquapendẽs/ Griptę/ Sãctus Laurentius/ Bulſena/ Martha/ Caſtrum ciuitas/ Tuſcanella oppidũ opulẽtiſſimũ/ Monſflaſconus/ Balneum regiũ/ Vrbs uetus/ Orta ciuitas uetuſta/ Ciuitas caſtellana olim Vehientana urbs/ Caſtrũ nouũ/ Gallienſiũ oppidũ/ Nepe/

Viterbiũ/Surianum oppidum: quod arcem habet munitiſſimã/ Vetrala/ Sutriũ/ Roncilionũ/ Crapalica/ Bachane uetuſti nomins locus/ Et alii complures.

Phęaces populi fuerũt Corcyrę ĩſulæ ſub dictione Alcinoi regis: de quibus Virgilius. iii. ęnei. Virgilius

Protinus aereas phęacũ aſcẽdimus arces.

Ft Iuuenalis. Iuuenalis

Iam uacui capitis populũ phęaca putauit.

Fuit aũt Alcinous rex phęacũ iuſtiſſimus/ dili gẽſq; hortorũ cultor. De quo Virgil. ii. georg. Virgilius

Pomaq; & alcinoi ſiluę. Et Ouidi. in. xiii. metha. Ouidius

Proxima phęacũ foelicius obſita pomis
Rura petunt.

Ad Alcinoũ naufragus uenit Vlixes: q regio cõuiuio ſuſceptus ẽ: erroreſq; ſuos enarrauit: diſcedẽſq; multiſ ab eo muneribus donatus ẽ.

Pelaſgia regio eſt europæ/ quę prius theſſalia dicebať. Et ẽ circa extremã partẽ Macedoniæ uerſus Achaiã. Pelaſgi. n. dicti ſũt a Pelaſgo Iouis filio/ ut pleriq; uoluerunt.

Peligni populi fuerunt ĩ aprutio/ ubi erat Sulmo oppidũ/ Ouidiĩ poetæ elegãtiſſimi patria/ ipſo dicente in fine amorum. Ouidius

Mantua Virgilio gaudet: Verona Catullo:
Peligne gentis gloria dicar ego.

Plinius

Pelopõnesus peneinsula/ teste plinio li.iiii. puin cia est europę/haud ulli terrę nobilitate postfe rẽda/inter duo maria/ægęum & Ioniũ: platani folio similis: a Pelope Tantali regis phrygũ fi lio denominata. Quę propter angulosos recef sus qngẽta sexagita tria milia passuũ colligit: Angustias siue isthmũ pelopõnesi pfodere na uigabili alueo tẽtauere Demetrius Rex/ Cęsar dictator/ Domitius Nero: ĩfausto (ut omnium exitu patuit) incępto. In ea Corithus/ Argos/ Mycene/ Lacedęmon/ patrę/ Malea promonto riũ/ Epidaurus. Regiones Laconia/ Archadia/ Sicyonia. Ibi quoq; fuit Tirynthia urbs Argo proxima: ex qua cum natus & educatus fuerit Hercules/ dictus ẽ Tirynthius ut Macrobio pla cet. Fuit aũt Iouis ex Alcmena filius: cuius lau des & duros labores Virgilius ænei. viii. elegã tissime descripsit.

Hercules

Macrobius

Virgilius

Hic iuuenũ chorus/ ille senũ q̃ carmĩe laudes
Herculeas & facta ferãt. ut prima nouercę
Mõstra/ manu gemĩosq; premẽs elĩserit ãgues.
Vt bello egregias idẽ disiecerit urbes
Troiãq; oechaliãq;. ut duros mille labores
Rege sub Euristheo fatis iunonis iniquæ
Pertulerit. tu nubigenas inuicte bimẽbres
Hileũq; pholũq; manu. tu cressia mactas

Labores

Herculis

Prodigia. & uastũ nemeę sub rupe leonem.
Te stygii tẽuere lacus/te ianitor orci.
Ossa sup recubãs antro semesa cruento.
Nec te ullæ facies: nõ terruit ipse typhoeus
Arduus arma tenẽs. nõ te rationis egentẽ
Lerneus turba capitũ circũstetit anguis.
Martialis li. viiii. epygrãmatum hęc supaddit.
Si cupis alcidę cognoscere facta prioris:
Disce. libyn domuit. aurea poma tulit.
Peltatã scythico discussit amazona nodo.
Addidit archadico terga leonis apro.
Aeripedẽ siluis ceruã. stymphalidas undis
Abstulit. a stygia cũ cane uenit aqua.
Foecundã uetuit reparari mortibus hydrã
Hesperias tusco lauit in amne boues.
Quidã uero nõ tirynthium/sed thebanũ Hercu
lem dixere. Quatuor aũt fortitudine pręstã
tes Hercules legimus: Tirynthium/argiuũ/the
banum/& libym.

Pentapolis regio est ĩter palęstinã & arabiã sita:
quę a quinq; ciuitatibus cognomen assũpsit.
Olim foecũda & uberrima fuit: nũc aũt deserta
atq; exusta. Nãp scelere incolarũ de cælo ignis
descendit/ qui regionẽ illã in cineres æternos
Solinus dissoluit. Et ut Solinus scribit/ eam regionem
de cælo tactam testatur humus nigra & cinere

ſoluta. Duo ibi oppida Sodomū noīatum alte
rum: alterū Gomorū. Apud quæ pomū quod
gignīt/ habeat licet ſpecimē maturitatis/ mādi
tamen nō poteſt. Nā uel leui preſſa tactu/ fumū
exhalant/ & fatiſcūt in uagū puluerē/ quaſi ad
huc ardeāt. Eſt etiā pentapolis regio i libya a
quinq; ciuitatibus ſic dicta. Quę & Cirenaica
dicta ē: ut ſupra ī Cirene puincia ſcripſimus.

Peonia dudum fuit regio/ ab herba peonia/ quę
in illa abundat/ cognomīata: poſtea dicta Ema
thia. Sed eam iam eſſe partem macedoniæ Iuſti Iuſtinus
nus in. vii. ſcribit/ in qua regnaſſe ferūt Telego
nus pater Aſtriopei: cuius troiano bello inter
clariſſimos uindices urbis nomē accepimus.

Perſis ſiue perſia prouīcia eſt aſię/ quæ teſte Pto Ptolemęus
lemęo li. vi. terminatur a ſeptentrione Medis/
ab occaſu Suſiana/ ab ortu ſolis duabus Car
maniis/ a meridie parte ſinus perſici. Eius oppi
da inſignia ſūt Axima/ Perſepolis/ Dioſpolis/
& Maraſium. Cognomē ſumpſit a Perſeo anti
quo rege. Ibi primū inuenta ē ars magica. Ad
eam Nembroth gygas poſt confuſonē lingua
rum abiit: perſaſq; ignem colere docuit. Oēs
enī in ea regione Solē Deum eſſe dicūt. Ab hac
prouincia/ ut Plinius refert libr. xv. perſica po Plinius
ma aduecta fuerunt. Et falſum eſt uenenata in

perſia gigni/ & poenarum cauſa a regibus trã-
lata in ægyptum. Coaſpis nobilis fluuius eſt
perſidis regionis. Primus ex regibus perſarũ
Iuſtinus teſte Iuſtino li. i Cyrus fuit: qui deuicto Aſtya
ge ultimo Medorum Rege/ imperiũ Medorũ
traſtulit in perſas. Cyrus itaq; ſubacta aſia/ uni
uerſum oriẽtem in poteſtatem redegit. Ad po
ſtremum cũ Scythis bellum ĩtuliſſet/ magnaq;
eos clade affeciſſet: Thamyris eo tempore ſcy
tharum Regina compoſitis inſidiis ducẽta mi
lia perſarum cum ipſo Rege trucidauit. Illudq;
memorabile fuit/ q̃ neq; nuntius tãtę cladis ſu
perfuit. Caput Cyri amputatum ĩ utrem huma
no ſanguine repletum/ cõiectum fuit cum hac
exprobratione. Satia te ſãguine inquit/ quem
Regia Cyri ſitiſti: cuiuſq; inſatiabilis ſemper fuiſti. Regia
Cyri lapide cãdido & uario extructa fuit/ cum
colũnis aureis & lacunaribus/ gẽmiſq; diſtincta.
Cõtinebat autẽ ſimulachrum cęli/ ſtellis mican
tibus præſignatũ/ & cętera humanis mentibus
incredibilia. In perſide quondam fuit Barbite
Solinus oppidum: ĩquo/ ut Solinus teſtatur/ mortales
uniuerſi odio auri coemunt hoc genus metal
licum: & abiiciunt in terrarum profũda: ne pol
luti uſu eius auaritia corrumpãt equitatem. In
ea regione lapidum tanta copia eſt: tantaq; di

uersitas. ut longũ pene sit/ipsis uocabulis im
morari. In ea prouincia natã ferunt Sibyllã pri Sibylla pri
mã/ cuius mẽtionem fecit Nicanor/ qui res ge ma
stas Alexandri Macedonis scripsit. Eã de Chri
sto hæc prẽnũtiasse tradidẽrũt: Panibus simul
quinq; & piscibus duobus hominũ milia in he
remo quinq; satiabit: & reliquias tollẽs duode
cim cophinos implebit in spem multorum.

Pterophoros regio est apud ripheos montes/ ut
lib. iiii. plinius refert/ pars mundi dãnata a na Plinius
tura rerũ/ & densa mersa caligine. Neq; in alio
q̃ rigoris opere/ gelidisq; aquilonibus cõcepta
culis. Pone eos montes/ ultraq; aquilonẽ gens
foelix: quos hyperboreos appellauere. Ibi credũ Cardines
tur esse cardines mũdi/ extremi q; siderũ ãbitus. mundi

Phoenicia regio est in syria a Phoenice rege sic
cognominata. Iudęę cõtermina. Terra fertilis/
& frugibus foecunda. Phoenices tradunt litte
rarum gręcarum fuisse inuentores. De quibus
plinius lib. v. Gens phoenicũ in gloria magna plinius
est litterarũ inuentionis/ & siderum/ naualiũq;
ac bellicarũ artium. Fama qppe est teste Corne
lio Tacito Cadmũ classe phoenicũ uectũ rudi Cor. Ta.
bus adhuc græcorũ populis eius fuisse aucto
rem artis. Vnde Lucanus li. iii.

Phoenices primi (famę si creditur) ausi

Manſurã rudibus uocẽ ſignare figuris.

Põponius Et ut Põponius ſcribit lib. i. Solers eſt hominũ genus/ & ad belli paciſq; munia eximium/ litteras aliaſq; artes/ maria nauibus adire/ claſſe cõfligere/ iperitare gentibus/ regnũ preliũq; cõmẽti. In ea eſt Tyros aliquando inſula/ nunc annexa terris. Defecit ab impugnãte quondam Alexandro. Eſt & opulenta Sydon: & anteq̃ a perſis caperet̃/ maritimarum urbium maxima. Eſt Carmelus mõs/ & Libanus mõs altiſſimuſ/ in quo thura legunt̃: cuius pars quæ oriẽtem ſpectat antelibanus uocatur.

P icenum regio eſt Italię/ quam a pico aue qui olim in eorũ uexillis cõſediſſe fertur/ cognoſcari uolunt: Nũc Marchia anconitana uocatur: Incipit autẽ ab amne troento. Aſculũ præterlabens uſq; ad Iſaurũ fluuium/ qui nunc folia dicitur. Et hinc apennino/ hinc mari ſupo terminatur. Eius clariſſimæ ſunt ciuitates. Piſaurũ ciuitas a Romanis cõdita. Fanũ fortunę & Senagallica. Quas Senonũ fuiſſe libro. iii. aſſerit Ptolemęus. Vrbinum uetuſti nõis ciuitas pœlebris Federico duce/ Viro utiq; ſũmis laudibus celebrando. Qui & rerũ geſtarum gloria clarus/ & litterarũ ſtudiis apprime eruditus fuit. Anco na urbs uetuſta a Syracuſanis condita/ uini ac

Ptolemęus

frugum uberrima. Quę ſeruatę dudum liberta
tatis gloria decoraẽ. Cuius portũ Traianus im
perator inſigni opere & tutiſſimũ nauibus ex
truxit. Camerinũ ciuitas in picentibuſ uetuſtiſ
ſima. Firmũ Romanorũ colonia. Aſculum ciui
tas uetuſtiſſima/aliquando picentiũ primaria.
Locus prȩualidus &munitiſſimus. Cui circũ
ſtantes montes ſupereminent/nullis penetrabi
les exercitibus. Ea genuit Ventidiũ baſſũ ducẽ
Romanũ:q primus parthos fudit: & Nicolaũ
iii. põt. Ro. In hac regione ſũmo í apenino eſt
cauerna ígẽs Sibyllæ a uulgo appellata. Et pau
lo ſupius in Nurſinorũ agro lacus ille/quẽ ua
no ferunt mendacio piſcium loco dęmonibus
ſcatere.

Cauerna Sibyllę

P ygmei populi ſunt í Arabía/minutũ genus/ ut
libr. iii. Põponius refert. Quod pro ſatis frugi
bus cõtra grues dimicãdo defecit. Sũt ibi mul
ta uolucrũ/multa ſerpentũ genera. Vt autẽ ſcri
bit Plinius lib. vii. pygmei incolũt extrema mõ
tium Indię/ſalubri cęlo/ſẽperq; uernante/mon
tibus ab aquilone oppoſitis. Quos a gruibus
infeſtari ꝓdidit. Fama eſt inſidẽtes arietum ca
prarũq; dorſis/armatos ſagittis ueris tempore
uniuerſo agmine ad mare deſcendere: & oua
pulloſq; earũ alitũ cõſumere: aliter futuris gre

Põponius

Plinius

Gelius gibus nō reſiſti. Horū longitudo teſte Gelio ī viiii. acticarū noctiū non excedit pedes duos & quadrātem. Quorū mulieres quito anno pariūt/ & octauo ſeneſcunt. Habēt ſingulare bellū cōtra grues: & īpareſ aliquādo a gruibus ꝑ aera

Iuuenalis deportātur. De quibus Iuuenalis ſatyra. xiii.

Ad ſubitas thracū uolucres/ nubēq; ſonorā
Pygmeus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti/ raptuſq; ꝑ aera curuis
Vnguibus a ſęua ferē grue. ſi uideas hoc
Gentibus ī noſtris/ riſu quatiere/ ſed illic
Quāq̄ eadē aſſidue ſpectrē prędia: ridet
Nemo: ubi tota cohors pede nō ē altior uno.

P iſidæ populi fuerūt in aſia minori/ quondā Solimi appellati/ ut libr. v. Plinius refert. Quorū

Plinius colonia Cęſarea/ eadem Anthiochia. Oppida Oronda/ Agaleſos.

Plinius P ſylli populi ſunt in aphrica/ ut plinius ſcribit li. vii. a Pſyllo Rege dicti. Horū corpori ingenitū

Solinus fuit uirus exitiale ſerpentibus. Et ut Solinus refert/ Soli morſibus anguiū non interibant. Vn

Lucanus de Lucanus in viii. Gēs unica terras
Incolit. a ſęuo ſerpētum īnoxia morſu
Marmaridę pſylli: par līgua potētibus herbis.
Hi liberos protinus genitos ſerpētibus offere
bāt. Si partus adulteri eſſēt/ mox paruuli interi

bant. Si pudici/ a morte paterni ſanguinis priui legiũ tuebaẽ. Eam gentẽ a Naſamonibus ſub latam prodiderunt.

Phrygia puincia ẽ in minori aſia/ quæ a phrygio amne/ qui illam a Caria diuidit/ cognomen accepit. Vt alii uoluerunt a Phrygia Cecropis filia. Fuit autem Cecrops primus Athenienſium Rex. In hac eſt Dardania a Rege Dardano Iouis filio cognoĩata. Quæ poſtea a Troo eius nepote Troia dicta fuit: in qua fuit Ilion urbs toto orbe famoſiſſima/ & a clariſſimis poetis decantata. Phrygia Troadi ſubiecta eſt/ ut Soli no placet/ aquilonia parte galatiæ collimitata. A meridiana lycaonię/ piſidiæ/ migdoniæq; cõtermina. A parte qua dies medius eſt/ Ida mõs eſt & Timolus croco florentiſſimus. Amnis pactolus/ quẽ aurato fluore decurrere tradũt. Aliter Chriſooram uocant. In his locis animal naſcitur quod bonacum dicũr. Cui taurinum caput/ ac corpus omne: tantum iuba equina. Ex ea originem duxit Sibylla nona: quę uatici nata eſt Ancire. Tuba de cęlo uocem luctuoſã emittet. Tartareum chaos oſtendet dehiſcens terra. Venient ad Tribunal Dei Reges oẽs. Deus ipſe iudicabit pios ſimul & impios. Tunc demum impios in ignem & tenebras

Solinus

Sibylla

mittet. Qui ãt pietatẽ tenent iterum uiuent.

Pythacusa insula ẽ in mari tuſco cõtra cãpaniam ſita. In qua oppidũ fuit/ quodã in colle ſitum/ noíe pythacuſę. Ouidius. xiiii. methamorphoſeos ęneæ nauigationem deſcribens ait.

Ouidius

Inarimẽ proclytãq; legit: ſteriliq; locatas
Colle pythacuſas. Hanc olím ſimiarũ foecũ diſſimam nõnulli tradiderunt.

Phithia regio eſt theſſalię Achillis patria. Vt Briſeis í epiſtola ad Achillẽ apud Ouidium.

Achilles
Ouidius

Quã ſine me phithiis caneſcãt ęquora remis
Et uideam puppes ire relicta tuas.

Et Virgilius primo ęnei.

Veniet luſtris labentibus ætas/
Cum domus aſſarici phithiã/ claraſq; mycenas
Seruitio premet: ac uictis dominabit̃ argis.

Virgilius

Phocis parua fuit helladis ſiue achaię regio. De qua Ouidius in primo metha:

Ouidius

Separat aonias atteis phocis ab aruis
Terra ferax. Ea regio teſte Põponio libr. ii. Apollinis Delphici oraculo famoſa eſt. Nã in ea ſub Helicone monte eſt ciuitas Delphi/ ubi erat tẽplum ditiſſimum Apollinis. Fons Caſtalius/ & Cephiſus amnis Delphos præterfluẽs. In ea quoq; mõs Parnaſus altiſſimus. De quo Ouidius primo methamor.

Põponius

Mõs ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine parnaſus: ſupatq; cacumine nubes.
Horũ utiq; alter helicon/ alter Citheron appel
latur. Helicon alio noíe Cirrha cognoíatus ẽ:
& Citheron Nyſa. Citheron Bacho ſacer ẽ. He
licon Apollini conſecratus.

Pontus ꝓuincia eſt aſiæ minoris/ut li. v. mõſtrat Ptolemęus: quæ ab occaſu ore põti & thracio Ptolemęus
boſphoro. A meridie regione quæ proprie aſia
dicitur. A ſeptentrione parte Euxini maris ter
minat̃. Eſt aũt bithinię coniuncta. Cuius ciuita
tes íſignes. Calcedon/ Nicomedia/ Aparnia &
Nicea. Montes clari: Orminius & Olympus. In
põto regnauit Mithridates/ qui magna ui ani
mi & corporis ꝓditus Nicomedem Bithinia:
Ariobarzanẽ cappadocia expulit: græciã: inſu
laſq; omẽs excepto Rhodo occupauit. Eubo
iam/ & ipſum gręciæ decus Athenas expugna
uit: Bellũq; cum po. Ro. ꝑ quadraginta ãnos
magna uirtute geſſit/ adeo ut Italiã iam ipſãq;
urbem Romam regius terror afflaret. Quẽ L.
Cornelius Sylla duobus ꝓliis attriuit. Arche
laumq; eius præfectũ cum centum. xx. milibus
equitũ cõtra Ro. exercitũ uenientẽ ita uicit &
ſupauit: ut uix decẽ prælio ſupeſſent.

Porphyris inſula eſt in laconico mari/ qnq; mili

bus passuũ distans a maleę promõtorio: quæ
postea Cithera dicta fuit ob memorabile tẽplũ
Veneri sacrum. Est autẽ Malea promõtoriũ pe
Seruius loponnesi regionis quod teste Seruio super. v.
ęne. per quinquaginta miliaria in mare proten
ditur: ubi unda adeo sæua est: ꝙ persequi naui
Statius gãtes appareat. Vnde Statius li. vii. thebaidos
Virgilius Et raucę circũsonat ira maleę. Et Virg. li. v. ęne.
Ioniocꝫ mari maleęcꝫ sequacibus undis.
Assumpsitꝫ nomen a Maleo argiuorum rege/
qui super illo ditissimum construxit templum
Apollini sacrum/ quod maleoticũ appellauit.
P rochyta insula est in mari tusco/ cõtra Cãpaniã
Virgilius sita/ de qua Virgilius. viiii. ęne. Tum sonitu ꝓ
Ouidius chyta alta tremit. Et Ouidius. xiiii. metha. Ina
rimem prochytamꝫ legit. Inarimes mons fuit
qui terremotum passus hanc fudit insulã/ quæ
ab effusione prochyta est nuncupata.
P roconessus insula ẽ in propõtide/ quam solam
inter alias habitari plericꝫ dixerunt.
P rosopis insula ẽ/ ut scribit Herodotus/ in delta
Herodotus nili/ in qua est Ciuitas Atarbechis.
P rouincia regio est gallię narbonẽsis/ rhodano
amni finitima: qui eam a celtis diuidit.

r ENVNTIATA insula ẽ in ęthiopico mari: quę ut Plinius refert li. vi. adeo diues ẽ/ ut equos talẽtis auri icolę ꝑmutẽt. Plinius

R hetia ꝑuincia ẽ europæ/ quæ ut li. ii. scribit Ptolemęus/ ab occasu limites habet mõtẽ Adulam & fontes Danubii & Rheni. Ab ortu amnẽ lycium/ qui in Danubium exit: & Rhetiam a Vindelicia diuidit. A septẽtrionali parte Danubiũ. A meridie alpibus terminatur supra italiam extensis. Videlicet supra eam partem italiæ/ quæ gallia cisalpina dicitur: seu ut nostri uoluerũt/ Lombardia. Post Rhetiam uersus orientem sequitur Vindelicia/ cui Noricũ adhęret/ Eno tantum fluuio disiuncta. Rhetiæ opulentissima ciuitas teste Ptolemęo lib. ii. Brigantiũ fuit. Sũt & aliæ urbes Bragodurum/ Dracuina/ Viana. Et ut Plinius refert libro. iii. in ea populi sunt Triumpilini/ Canuni/ Vẽnotes/ Venonentes/ Eam nunc regionẽ pleriq; Bauariã appellãt. Ptolemęus Plinius

R iphęi populi sunt Asiæ uersus Arcton/ Vbi & montes Riphęi/ quos Riphaat filius Gomer ĩstituit: & a se Riphęos nominauit/ ut Iosephus refert libro primo antiquitatis iudęorum. Riphęi montes a perpetuo uẽtorum flatu uocantur. Virgilius. iii. geor. Iosephus

Gens effrena uirũ riphęo tunditur euro.

Rhodos ĩ ſula eſt pulcherrima lyciæ/ut libro.ii.

Põponius Põponius refert/prima cycladum uenientibus ab oriente. In qua dũ urbis fundamenta fode renť/roſę capulũ inuentũ eſt: a qua ciuitas & ĩ ſula cognoiata creditur. Nã Rhodos græce latine roſa diciť. Cuius circuitũ. C.XXV. M. paſ.

Solinus prodiderũt. Nunq̃ teſte Solino/ita cælũ nubilum eſt/ut in Sole Rhodos nõ ſit. In ea quõdã

plinius fuit/ut Plinius refert lib. xxxiiii. ingẽs ſtatua:

Solis coloſſus quẽ Coloſſũ uocãt/turribus parẽ. Eã Solis Coloſſũ dixere: quẽ fecit Clares Lyndius Lyſippi ſtatuarii celeberrimi diſcipulus. Fuit enĩ altitudinis cubitorũ ſeptuaginta. Qui poſt qnquageſimũ annũ terremotu ꝓſtratus/iacens quoq; miraculo ẽ. Pauci pollicẽ amplectũť. Maiores ſunt digiti/q̃ pleræq; ſtatuæ. Duodecim annis tradunt effectũ trecentis talentis. Sũt alii centũ minores in eadẽ urbe: ubicũq; ſinguli fuiſſent/nobilitaturi locum. Vrbes in ea opulẽtiſſimæ. Lyndus/ex qua Clares ſtatuarius ſupradictuſ genitus ẽ. Et Rhodus ciuitas nobiliſſima/quę portu inſigni & ſitu munitiſſima eſt. Ea autẽ in ſula citris/& malis aureis/oleis/ac uitibus/fructibuſq; omnis generis abundat.

Rutheni populi ſunt gallię non lõge ab auernis & Santonibus.

Rutili populi fuerunt italiæ/non longe ab urbe Roma: ubi Ardea oppidum ſitum erat.

S

SABEI populi ſũt ĩ Arabia/apud quos thura/plurimiq; odores naſcunt̃. Cynamum legunt. Quod fructetũ teſte Solino ſitu breui naſcit̃: ramo humili & repreſſo/nunq̃ ultra duas ulnas altitudinis. Quod gracilius prouenerit/eximiũ magis dicitur. Verum legitur per ſacerdotes hoſtiis prius cęſis. Nec ortum ſolis anticipãt: nec egrediuntur occaſum. Sabei quondã originem duxerunt a Saba nepote Cham/ut Ioſephus refert libro .i. antiquitatis iudęorum. Solinus Ioſephus

Sabini populi fuerunt in italia haud lõge ab urbe Roma/ a religione & deorum cultu ſic dicti. Qui/ ut Plutarchus ĩ uita Romuli ſcribit/ciuitates ſine moenibus incolebãt. Et ob raptas filias diu cũ Romanis bella geſſere. Sabini auctore Strabone lib. v. anguſtum incolunt agrũ/ in longitudinem protenſum a Tiberi uſq; Nomẽtũ oppidum ſtadiis mille uſq; ad Veſtinos. Paucas quidẽ ac tenues habẽt urbes: bellorum aſſiduitate uaſtatas. Amiternum & Interocreã uicum Reati finitimum. plutarchus Strabo

Sacæ ſiue Sacharũ regio eſt in aſia ultra mare caſpium/Sogdianis cõtermina/ut libro vi.ſcribit Ptolemęuſ. In qua nec urbeſ nec uicos eſſe teſtatur. Sed incolę eius regionis nemora & ſpecus habitant/ſagittandi arte peritiſſimi. Qui olim bactrianam ꝓuinciã occupauere: & optimã Armeniæ regionẽ adepti ſunt/ut lib. xi. Strabo refert/atq; uſq; ad Cappadocas proceſſerũt: eos præſertim qui ad Euxinum uergunt. Sed cum ex ſpoliis feſta celebrarent/perſarũ impatores eos noctu adorti funditus deleuere.

Ptolemęuſ

Strabo

Salamina íſula eſt í euboico mari/cõtra Athenaſ ſita. In qua urbs eſt eiuſdẽ noís: ubi Thelamonẽ Aiacis & Teucri patrẽ regnaſſe ferũt. Sed cũ Teucer a bello troiano reuerſus fuiſſet: nec de inimicis Aiacis ultus fuiſſet: a patre expulſus/urbẽ aliã Salaminã in Cypro condidit.

Salaſſorũ regio magna eſt auctore Strabone lib. iiii. profundã utrinq; uallem claudẽtibus rupibus. Eorũ etiã pars in ſupiora extendit̃ cacumina. Aurifodinas habẽt. Quos Cęſar Auguſtuſ funditus deleuit. Eſt autẽ regio galliæ alpina Boiis Eluetiiſq; finitima.

Salentinorũ regio/ quæ nũc ut pleriq; uoluerũt/terra Idrunti ſiue terra de bari nuncupat̃/in Italia ſita ẽ/& apuliæ finitima. De qbus Virgilius

Virgilius

libro..iiĩ.

Et ſalentinos obſedit milite cãpos In ea ſunt ciuitates Rudia/ Neritũ/ Aletiũ/ Bauſta/ Vxẽtũ/ ut Ptolemęus refert lib. iii. Eſt quoq; in ea Iapigiũ promõtoriũ/ quod & Salẽtinũ dicitr̃. Ibi Minerueę fanũ aliquãdo locupletiſſimũ/ ut Strabo ni placet. Ptolemęus

S amaria regio ẽ palęſtinæ inter Iudęã & galileã ſita. Dicta ẽ ãt ab oppido Samaria: quæ quõdã ciuitas fuit regia in Iſrael. Ea nunc ab Auguſti noíe Sebaſta nũcupatr̃. Incipit aũt a uico Genaniæ in planicie poſito. Mores & cultus tenet iudęorum.

S amarobrinę populi fuerũt gallię íter belgas. Et eſt locus ubi Cęſar gallorũ cõciliũ ídixit/ & aliquãdo hyemauit/ ac ípedimẽta exercitus/ obſides ciuitatũ/ ac frumẽtũ reliqt. Hãc Cameracẽſẽ eſſe urbẽ qbuſdã placet/ quã Sabis fluuius intr̃ fluit. Ager fertilis opportuno loco cõſtitutus.

S amos ſiue Samothracia inſula eſt in ęgęo mari thraciæ adiacẽs/ quæ prius Samos dicta eſt: poſtea ex cõmixtis Thracię incolis Samothracia dicta fuit. De qua Virgilius in vii. ęnei. Virgilius

Threiciãq; ſamũ/ quæ nũc ſamothracia fertr̃.

Eſt ãt oliuetis foecũda/ ícolis frequẽs & hoſpitibus celebrata. Fuit quõdã Iunoni dicatiſſima

eo qꝫ ī illa nata educataqꝫ fuit: & Ioui nupta/ ut cantatiſſimi dixere poetæ. Ibiqꝫ a Samiis nobi liſſimum tēplum illi dicatū. Nam ante Iunonis aram erat eius ſtatua: qua nec pulchrius nec di tius quicq̄ eſt. Eſt. n. crinibus/ frōte/ & in omni bus membris ſuis admirabilis. Hęc fuit Pytha goræ patria & unius Sibyllarū. Illic primū ficti lia uaſa facta dicuntur/ quę & ſamia appellata ſunt. Ea priſcis tēporibus Samos uocata eſt/ ut Diodorus ſcribit lib. vi. Ab incolis qui ex thra cia eo profecti ſunt/ dicta eſt Samothracia. In Samo nata eſt ſexta Sibylla: de qua ſcripſit Era thoſtenes. Eā de Chriſto prędiniſſe ferunt. Tu enī ſtulta Iudęa Deū tuum non cognouiſti lu dentē mortalium mentibus/ ſed & ſpinis coro naſti: horridūqꝫ fel miſcuiſti.

Pythagoraſ

Sibylla ſa mia

Diodorus

Sibylla

Sānium ſiue Aprutiū regio eſt italię/ inter picenū campaniam & apuliā poſita/ quæ inſignes ha bet ciuitates: ut ſupra ī Aprutio deſcripſimus. Sānites quondā ingenti clade Romanos attri uerunt. Nā apud Caudinas furculas Romanū exercitū prędio uictū ſub iugū miſerunt: quos L. Papirius Curſor omni bellica laude dignus ſumma internitione deleuit: nec prius finis cę dibus datus/ q̄ iugum hoſtibus & duci capto repoſuit.

L. Papirius Curſor

Santones populi fuerũt gallię ĩter aquitanos an numerati: Tolosatibus & Pictauis propinqui. Hos memorat Cęsar in comentariis. Cæsar

Sarcagæ populi sunt/ut Pomponio placet iuxta meotidẽ paludẽ. Quorũ oppida Murmetion/ Panthicapheũ/ Theodosia/ Hermisium. põponius

Sardinia insula est inter aphricum & tyrrhenum pelagus sita. Quæ a Sardo filio Herculis/ut Solinus refert/nomẽ sortita fuit/q̃ e libya ueniẽs insulam occupauit. Cuius magnitudo in circuitu patet. dlxii. milibus passuũ. Insula est ut Pomponio placet/fertilis/ & soli q̃ cæli melioris. Atq; ut foecũda/ita pene pestilens. In ea antiquissimi populorũ sunt Iliẽses. Vrbiũ opulẽtissimę/Caralis & Solci. In Sardinia nec serpẽs nec lupus gignitur. In metallis argẽtariis pluri ma est/ut Solinus scribit. Nã solum illud argẽto diues est. Ibi nascitur herba sardonia: quę si edatur/uescentibus neruos contrahit. Stagna pisculentissima sunt. Fontes calidi & salubres aliquot locis: q̃ aut solidãt ossa fracta/aut mol liunt. Ocularias dissipant egritudines: & coarguendis ualent furibus. Nã quisquis sacramẽto raptũ negat/detegit facinus cęcitate. Ibi Sardonix lapis coloris rubei primũ comptus est. Sardiniam Timeus Sandaliotim appellauit ab Põponius Solinus Cõtra furef

Plinius effigie ſoleæ/ut libro tertio .Plinius refert.

S armatia prouincia eſt Europæ/quæ ut li.iii.ſcri

Ptolemęus bit Ptolemæus/a ſeptentrione oceano termina

tur/ab occaſu parte germaniæ/a meridie Iazigi

bus metanaſtis. Cuius inſignes ciuitates. Ta

myraca/Naubarũ/Olbia. Eam nunc pleriq; Ruſ

ſiam & Tartariam eſſe crediderunt. Genſ eſt ut

Põponius Pomponius refert/ habitu/armiſq; parthicæ p

xima/uerum ut cęli aſperioriſ/ita ingenii. Non

ſe urbibus tenent/et ne ſtatis quidem ſedibus.

Vt inuita uere pabula/ ut cedens &ſequens ho

ſtis exigit/ita res opesq; ſecum trahẽs. Semper

caſtra habitãt/bellatrix/libera/ ĩdomita/& uſq;

eo ĩmanis atq; atrox/ut foeminę etiam cum ui

ris bella ineant.

Eſt etiam Sarmatia in Aſia/ ut libro quinto re

Ptolemęus fert ptolemæus/ quæ a ſeptentrione terra inco

gnita terminatur/ ab occaſu Sarmatia Europæ

& tanai fluuio. Cuius ciuitates inſignes ſunt/

Hermonaſa/Oenanthia/Tyramba/ Tanais &

Nauaris. Caucaſii montes ſũt in Sarmatia aſiæ/

Ptolemęus ut libro. v. refert Ptolemęus. Portæ uero Cau

Plinius caſię magno errore a multis caſpię dictæ/ut Pli

nius auctor ẽ/ ingens naturæ opus & mõtibus

interruptis repente ibi fores obditę ferratis tra

bibus.

S artę populi ſunt europę/ſcythię cõtermini/qui ut Pomponius ſcribit auri argentiq; maximarum peſtium ignari/uicę rerum cõmertia exercent/ Atq; ob ſęua hyemis admodum aſſiduę: demerſis in humum ſedibus: ſpecus aut ſuffoſſa habitant/totum brachati corpus: & niſi qua uident etiam hora ueſtiti.

S atagytę populi fuerunt in ſcythia aſię/ut libro iiii. ſcribit Herodotus: Herodotuſ

S atarchæ populi ſunt in Scythia/ qui teſte Solino uſu auri & argenti damnato/in æternum ſe a publica auaritia abdicauerunt. Solinus

S atyri ſunt in Aphrica/ ut Pomponius refert/in confinibus ęthiopię: Quibus præter figuram nihil moris humani. Vt autem Plinius ſcribit libro ſeptimo Satyri ſunt ſub ſolanis Indorum montibus perniciſſimum animal tãquam quadrupedes: tam recte currentes humana effigie: ut propter uelocitatem niſi ſenes aut ægri non capiantur. Hieronymus uero in uita Pauli de his ita ſcribit. Cum beatus Antonius ad Paulũ pgeret: uidit homũculũ aduncis naribus/& frõte cornuta: cui extrema corporis in caprarũ pedes deficiebãt. Et cũ qs nã eſſet/ĩterrogaſſet Antonius: reſpõdiſſe ferẽt. Mortalis ego ſum/ Põponius Plinius Hierõymuſ

unus ex accolis heremi: quos uano errore de
lusa gẽtilitas Faunos satyrosq; & ícubos colit.

Satyrorũ insulæ sunt tres cõtra Indiã extra gãgẽ
ptolemęus sitę/ut lib. vii. refert ptolemęus. Qui habitant
caudas habere dicũt: quales satyris pinguñ.

Sauromatæ populi sunt/ut libr. iiii. scribit Hero
Herodotus dotus ultra paludẽ meotidẽ uersus boreã con
Plinius stituti/quos plinius lib. iiii. dixit esse scytharũ
gentes/quas Sarmatas Romani appellauerũt.
Greci uero Sauromatas. Qui nihil pręter niues
rarasq; siluas habẽt: qbusq; tãta est barbaries:
ut pacẽ non intelligãt. Ideo satis Augusto ui
sum est/eos p Lentulũ prohibere Danubio.

Saxones populi fuerunt germaniæ non longe a
Ptolemęus cimbris/ ut libr. ii. scribit ptolemęus/in oceani
septentrionalis littoribus & paludibus inuiis
constituti. Viri bellicosi/ uirtute atq; agilitate
habiles. Durũ & ualidissimũ genus hominũ/
& pręstans cęteris piraticis. Qui cũ Carolo Ma
gno tres & triginta annos diu uariãte uictoria
bellum gessere. Tãdem apud hesam fluuium
uictos dicioni suæ parere coegit.

Scandinauia insula est oceani septẽtrionalis/í co
dano sinu posita. Eam incomptæ magnitudi
nis plinius lib. iiii. esse atteste. portio tantum
eius nota est Hilleuionũ gente/quingẽtis inco

lente pagis. Eam alterum orbem terrarum esse crediderunt.

S cardona insula est in mari adriatico/ adiacẽs illyrico/ut lib. ii. refert Ptolemęus. In qua ciuitates duæ. Collentũ & Arba oppidũ ficubus optimis abundãs. Ptolemęus

S parta urbs est pelopõnesi: quæ teste Eusebio/a Spartho Phoronei filio cõdita est. Ea alio nomine lacedęmõ appellatur: a qua regio ipsa lacedęmonia seu spartana dicta fuit. Est aũt laconiæ ciuitas. Laconia uero regio peloponnesi. Fuit aũt ciuitas græciæ insignis & præstantissima: quæ diu cũ Atheniẽsibus grauia bella gessit. Atq; ita duo potẽtissimi græcię populi institutis Solonis & Lycurgi in bellum ruerunt. Lycurgus siquidẽ ut Iustinus refert lib. iii. Spartanis leges ĩstituit: nõ inuentione earũ magis q̃ exẽplo clarior. Nihil. n. ulla legeĩ alio sanxit: cuius nõ ipse primus in se documẽta daret. Populum in obsequia principũ: prĩcipes ad iustitiã impiorũ firmauit. Parsimoniã omnibus sua sit. Emi singula nõ pecunia! sed cõpensatione mercium iussit. Auri argẽtiq; usum uelut oĩum scelerũ materiam substulit. Fundos oĩum ęqualiter diuisit. Cõuiuari omẽs publice iussit. Iuuenibus nõ amplius una ueste uti toto anno per Euſebius Iustinus

missum. Statuit uirgines sine dote nubere. Maximum honorē non diuitum & potentū/ sed pro gradu ætatis senum esse uoluit. Spartanis
Cicero uirginibus/ ut scribit Cicero in. ii. tusculanarū quęstionū/ magis palestra/ sol/ puluis/ labor/ & militia ī studio est: q̄ fertilitas barbara filiorū. Vnde & uarium habitū ab aliis uirginibus fer
Virgilius re cōsueuerant: dicēte Virgilio. i. ænei.

Virginis os habitūq; gerēs/ & uirginis arma Spartanæ.

Fuit autē lacedęmon Chilonis philosophi pa
Plinius tria/ ut Plinius refert libro vii. Lampido quoq; lacedęmonia una foeminarum ī omni ęuo foelix refertur: quę Regis filia/ Regis uxor/ Regis mater fuit.

S ena insula est/ ut lib. iii. Pōponius scribit/ in Bri
Pōponius tannico mari/ aduersa littoribus galliæ/ numinis oraculo insignis. Cuius antistites ppetua uirginitate sanctę numero nouem esse traduntur. Gallicenas uocant: putātq; ingeniis singularibus prædītas: maria ac uentos cōcitare carminibus: seq; in quæ uelint animalia uertere. Sanare quæ apud alios insanabilia sunt. Scire uentura/ & prędicare/ sed non nisi dedita naui gātibus/ & illuc tantum/ ut se consulerent profectis.

Scenitæ populi sũt arabię nobiles monte cassio/ qui teste Solino tẽtoriis succedũt: nec alias domos habẽt. Ipsa aũt tẽtoria caprarũ pilis texta sũt. Suillis carnibus prsus abstinẽt/ Nã hoc animal si uectũ illo fuerit/ illico moritur. Solinus

Senones populi fuerũt galliæ inter Celtas/ finitimi Belgis/ Parisiis/ ac Carnutibus: quos Cęsar bello domuit. Sed quõdã duce Breno cũ exercitu trecẽtorũ miliũ Romã uenientes/ ipsã diripuerũt & incẽderũt. Quos Furius Camillus subito aggressus adeo cęcidit/ ut oĩum icẽdiorũ uestigia gallici sãguinis undatione deleret. Camillus

Seres siue serica regio est in asia: qua ab scythico oceano & mari caspio in oceanum eoum cursus inflectitur. Hi ex foliis arborum uellera depectunt/ ut Solinus refert. Hoc illud est sericũ/ quo ostentare potiusq corpora q̃ uestire/ primo foeminis: nũc etiam uiris persuasit libido. Virgilius primo geor. Solinus Virgilius

Velleraq; ut foliis depectũt tenuia seres:

Populi sũt mites/ & inter se qetissimi. Reliquorum mortaliũ coetus fugiũt: adeo ut cæterarũ gentiũ cõmertia abnuãt: depositarũq; rerũ pretia sine interprete oculis æstimãtes/ sua tradũt/ nostra non emunt.

Seriphus ĩsula ẽ in mari ęgęo una ex cycladibus

Strabo ut libro.x.Strabo refert/in qua uulgat̃ Dicten piscatorẽ archam adduxisse retibus:in qua Perseus cum matre Dane positus tenebatur.Cum Acrisius pater Dane utrũq; abiecisset in mare. In ea insula educatũ fuisse Perseũ proditur/qui cum caput Gorgonis Seriphiis ostẽdisset: uniuersos mutasse fertur in lapides/idq; in matris ultionẽ factitasse. Quam fabulã ideo fictã esse puto:ꝙ tota insula admodum est lapidosa.

Sequani populi fuerũt galliæ inter celtas ãnumerati.Hodie burgundię ducatũ incolẽtes heluetiis/heduis/ac lingonibus finitimi.

Stechades insulæ sũt numero quinq; in mari gallico.ut libro.ii.refert ptolemęus:in fronte Narbonẽsis ꝓuinciæ.Dicunt̃ autẽ gręce Stechades quasi in ordine sint positæ. Earum tres digna satis amplitudine sũt: duæ uero perexiguæ/ut libro quarto Strabo auctor est.

Ptolemęus

Strabo

Sycambri populi sunt germanię.de quibus Martialis in primo.

Martialis

Crinibus in nodũ tortis uenere sycãbri. Sũt .n.circa rhenũ positi.ut li.ii.refert ptolemęus. q & colorare crines & Calamistrare Romanos ĩpulerunt oblectatos capillorũ pulchritudine.

Ptolemęus

SICILIA Insula est Italiæ pulcherrima: a Siculo Neptuni filio dicta: quã auctore Iustino li.iiii.

Iustinus

ferũt anguſtis quõdã faucibus italię adhęſiſſe direptãq; uelut a corpore maiore/ impetu ſuperioris maris. De qua Virgilius. iii. ænei. Virgilius

Hæc loca ui quondã & uaſta cõuulſa ruina
Tantũ æui longinqua ualet mutare uetuſtas:
Diſſiluiſſe ferũt. cũ protinus utraq; tellus
Vna foret. Eam græci Siceliam dixere. A poetis uero Trinacria dicta fuit: ꝓpea ꝙ triangularis deſcribitur. Quorũ unus qui in meridiẽ uergit/ Pachynus dicit̃. Alter Pelorus/ qui ad ſeptẽtrionẽ ſpectat: & ab Italia mille ꝙngẽtis paſ. diſtat. Tertius Lilybeus/ qui Carthaginẽ maxime ſpectare uidetur: & ab aphricæ littoribus CXX. milibus paſ. diſtare ꝓdiderunt. Prętera Sicania denominata eſt/ a Sicanis hiſpanię populis qui duce Sicano primũ in italiã ueniſſe dicuntur. Mox ipſi pulſi inſulam occupauerunt. Trinacria Sicania

Hęc a principio ut ſupiori libr. Iuſtinus ſcribit patria Cyclopũ fuit. Quibus extinctis Aeolus regnũ inſulæ occupauit. Fuerunt aũt Cyclopes uiri gigantes/ qui in Sicilia iuxta Aetnã degentes unicum tantum oculum in medio frontis habebant. Vnde Virgilius. iii. ænei. Iuſtinus Cyclopes Virgilius

Ignariq; uię cyclopũ allabimur oris. Et i. xi.
Exulat ętneos uidit cyclopas ulixes.

In ea ſunt ciuitates illuſtres. Meſſana/ Catina/

Syracuſę/Panormus/Erix/ & Leontinũ: patria Gorgię philoſophi & oratoris præſtantiſſimi.

